



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 888. Usque Ad Annum 1000

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117921


Liber LVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66313)



HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER LVII.



BENEDICTUS VII. PAPA.

OTTO III. IMPER. OCCID. BASILIUS ET
CONSTANTINUS IMP. ORIENTIS.

§. I.

S. Romualdi initia.

Illa tempestate duo magna Anachoretarum lumina, Romualdus, in Longobardia, & Nilus in Calabria exoriebantur. Romualdus Ravennæ ex illustrissima Ducum familia natus, juvenis, illius ætatis, quam etiam affluentes divitiæ irritabant, communi vitio, luxuriæ indulgere cœpit. Cum tamen Deum timeret, sæpe e cœno surgere conabatur

Sæculum X.
A.C. 983.

vit. per Petr.
Dam. Act.

Ben. Sæc. 6.
p. 281. Boll.

7. Febr. to. 4.
p. 101.

tur

Sæculum X. tur & magnam de se ipso & mundo vi-
 A. C. 983. storiam reportare animo constituebat.

Feras insequens & lustrans nemora, ubi locum situ amœnum conspiciebat, mentem cogitatio subibat: *Quam commode hic Eremiticæ versarentur! quam dulci quiete procul a tumultu sæculi remoti fruerentur!* Parens ejus, nomine Sergius, vir moribus sæculi vivens & rationum suarum tenacissimus, cum quodam propinquorum suorum de possessione amplissimi prati litigabat, cumque videret Romualdum filium in hac causa cedere, atque Adversarii cædem, quam ipse meditabatur, vehementissime aversari, se eum hæreditate paterna privaturum comminatus est. Tandem ad certamen ventum, in quo propinquus ille manu Sergii occubuit. Quamvis vero Romualdus in isto homicidio nullam aliam partem haberet, quam quod præsens fuisset, quadraginta dierum pœnitentiam suscepturus ad Monasterium Classense S. Apollinaris secessit.

Ibi cujusdam fratris cõversi hortatu permotus propositum concepit, totum se Deo consecrandi, petiitque sibi Habitum monasticum dari, quem cum Monachi, ne iram parentis ejus provocarent, ipsi conferre non auderent, Romualdus Honestum Archiepiscopum Ravennatem, quondam Abbatem Classensem,

fem, adiit. Suasit Præsul, ut juvenis vocantem Deum sequeretur, Monachosque eum voti compotem facere jussit, cujus Auctoritate freti paruerunt. Tunc Romualdus ætatis suæ annum agebat vigesimum, Honestus vero Episcopus Ecclesiæ Ravennatis Regimen anno nongentesimo septuagesimo primo suscepit; unde sequitur, Romualdum non ante annum nongentesimum quinquagesimum secundum primo lucem aspexisse. Tribus annis in Monasterio Classensi versatus, & dolens collapsam Disciplinam, monachorum mores severe reprehendere, iisque Regulam ante oculos ponere cœpit. Illi juvenis audacis objurgationem non ferentes, importunum monitorem atroci consilio e medio tollere statuerunt; cumque eum singulis noctibus maturius ad orandum surgere scirent, nihil commodius visum, quam ex editissimo aggere incautum præcipitare. Nec effugisset mortem, nisi ex conjuratorum numero aliquis periculum manifestasset.

Tum Romualdo ad altiorem perfectionis gradum tendenti relatum, prope Venetias Eremicolam nomine Marinum degere, celebrem spiritualis vitæ Magistrum. Igitur impetrato Abbatis & Monachorum Classensium consensu, quem lubentissime dederunt, ad oras Venetorum navigavit, ejusque viri Disciplinæ

Sæculum X.
A. C. 983.

vit. n. 101.
Rub. hist.
Rov. p. 262.
vit. n. 7.

Sæculum X.
A. C. 983.

plinæ se tradidit. Marinus vir erat magnæ simplicitatis & vitæ puritatis eximiæ, sed nullo vitæ anachoreticæ magistro usus fuerat. Singulis diebus Psalterium recitabat, & Romualdus, antequam mundo valedixisset, omnino literarum rudis, tunc vix legere satis didicerat, cumque crudus præceptor, ut errantem corrigeret, recitantis caput in læva parte virgæ sæpe percuteret, ille injuriam diu passus, tandem inquit: *Magister! verbera, obsecro, latus dextrum, nam in sinistro tantum non audiendi facultatem perdidisti.* Marinus Discipuli patientiam admiratus exinde lenius eum habuit.

§. II.

Petri Urseoli Conversio.

Petrus Urseolus, tunc temporis Venetorum Dux, viam sibi ad Solium atroci crimine paraverat. Nam cum Veneti Vitalis Candidiani Antecessoris ejus fidem suspectam haberent, communicatis consiliis ejus Palatium oppugnare & perfidum cum tota familia interficere constituerunt. Quia vero, Vitale inimicorum vim & insidias solertissime devitante, destinata exequi non poterant, Petri Urseoli ædibus Palatio Ducali contiguus ignem subjecerunt, ipso consentiente, cui nempe Ducis Reipublicæ Dignitatem promiserant. Omnia deinde,
ut

ut excogitata erant, perfecerunt. At Sæculum X.
 Petrum, postquam ambitioni litasset, pœ- A. C. 983.
 nitentia subiit tanti sceleris, & quem-
 dam Abbatem nomine Guerinum ex Ca-
 talonia, advenam, & ad diversa loca pia
 orationis causa peregrinantem consuluit.
 Marini quoque, & Romualdi consilium
 expetiit, qui unanimi iudicio pronuncia-
 runt, Petrum non Ducatum modo male
 partum abjicere debere, sed etiam toti
 mundo valedicere, & in Monasterio as-
 sumpto habitu perpetuam pœnitentiam
 agere. Ille clam uxorem, & totam fa-
 miliam fugiens cum uno amicorum suo-
 rum, cui nomen Joannes Gradenicus, ad
 tres Monachos modo memoratos se con-
 tulit; tumque viri quinque conscensa na-
 vi in Cataloniam vela faciunt, & tandem
 in monasterium S. Michaelis, cui Gueri-
 nus ab anno nongentesimo septuagesimo
 tertio præerat, perveniunt. Petrus Ur-
 seolus & Joannes Gradenicus ibi Institu-
 tum Monasticum professi sunt, Marinus
 & Romualdus haud procul a monasterio
 vitam anachoreticam, cui adsueverant,
 duxerunt, iisque uno anno elapso priores
 duo quoque se socios junxerunt.

*Art. SS.
 Ben. Sæc. 5.
 p. 877. Sæc.
 6. p. 312.*

§. III.

S. Romualdus in Catalonia.

Romualdi zelus breve ita eminuit, ut
 Magistrum omnes venerarentur, &
 ipse

Sæculum X. ipse Marinus se ejus Regimini subjec-
A. C. 983. ret. Uno anno nullo alio cibo in die
 usus est quam pugillo cocti ciceris, & an-
 nis deinde tribus ipse & Gradenicus so-
 lo frumento, quod in sudore vultus sui
 severant, & collegerant, nutriebantur, ut
 rigorem jejunii suo labore augerent.
 Cum Romualdus in vitis Patrum legis-
 set, quosdam tota hebdomada, Sabbato
 & Dominica exceptis, jejunasse, eos imi-
 tari constituit, & annos plus quam quin-
 decim tantum rigorem sustinuit. Post-
 modum refectionem, quam die Sabbati
 accipere solebat, in diem Jovis transtu-
 lit, tum ut consuetudinem Ecclesiæ Ro-
 manæ servaret, tum ut jejunium duorum
 triumve dierum, quod prius tota septi-
 mana continuabatur, facilius sustinere
 posset. Regulam deinde Eremiticis
 tradidit, ut singulis diebus jejunarent,
 exceptis Sabbato & Dominica, quibus
 olera comedere, & omnis generis potum
 sumere licebat. Sed in duabus per an-
 num Quadragesimis tota Septimana je-
 junabant. Aliis prohibebat, ne tota die
 jejunarent, quamvis ipsius sæpe exem-
 plum esset contrarium; dicebat enim,
 Monachum sincere ad perfectionem ten-
 dentem oportere quotidie comedere, sed
 tam parce, ut quotidie post mensam estu-
 riret.

Oliba

Olibanus Comes, qui Monasterium ^{Sæculum X.}
 Cusanense possederat, ex præcipuis Ca- ^{A. C. 983.}
 taloniæ Proceribus, magnus peccator, ^{vit. Rom.}
 aliquando S. Romualdum invisit, & to- ^{n. 18.}
 tam vitæ suæ seriem tanquam Confitens
 exposuit; cui deinde vir Sanctus dixit,
 neutiquam ipsum alia ratione salvari pos-
 se, quam si vitam monasticam amplecte-
 retur. (*) Expavescens Comes respon-
 dit, viros alios in vita spiritali exerci-
 tatos, quibus eadem confessus fuisset,
 nunquam tam asperum pœnitentiæ ge-
 nus sibi injunxisse. Tum Episcopos &
 Abbates, qui principem proficiscentem
 comitabantur, vocat, & postquam omnes
 de modo pœnitentiæ deliberassent, Ro-
 mualdum justam sententiam pronuncia-
 se dixerunt, palam profitentes, se hacte-
 nus metu & reverentia humana fuisse
 cohibitos, ne Comiti suaderent, ut mo-
 nachum indueret. Igitur Olibanus con-
 siliium approbante Romualdo ad Mon-
 tem Cassinensem pergere constituit, qua-
 si piæ peregrinationis causa & deinde
 in

(*) Privatum hoc quorundam non publicum
 Ecclesiæ judicium fuit; nulla enim lege Eccle-
 siastica præcipitur, ut viri potentes, quamvis ma-
 ximi peccatores fuerint, non aliam Pœnitentiam,
 quam vitæ monasticæ professionem, subire pos-
 sint.

Hist. Eccles. Tom. XIII. O o

Sæculum X. in illo monasterio habitum religiosum
 A C. 983. petere.

Haud diu post Sergius Romualdi parens in Monasterio S. Severi non procul Ravenna professionem Religiosam edidit, rursusque subita propositi poenitentia mutatus ad sæculum redire omnibus viribus volebat. Rem hanc monachi celeriter per nuncios ad Romualdum deferri jubent, qui, cura Comitem Olibanum Cassinum deducendi Abbati Guerino & Joanni Gradenico commissa, ad patrem proficisci & de salute periclitanti succurrere statuit. At percrebescente fama Romualdum ex Hispania migraturum, Cataloni, timentes ne tantum virum in omne tempus amitterent, deliberant, qua potissimum ratione a proposito revocandus esset, nec aliud magis certum eis occurrit remedium, quam latrones immittere, qui Romualdum interficerent; sic enim servari posse Sanctissimi viri Reliquias (*), patriæ præsidio futuras. Romualdus ab amico monitus, quantum instaret periculum, sibi totum caput rasit, & sicariis Cellulæ imminentibus, ipse summo mane, cunctis viden-

(*) Obstupescendus certe hic SS. Reliquias sibi comparandi modus. Non satis firmum vero fuisse videtur crudele propositum, a quo facile adeo dimoveri potuerunt.

videntibus, cibus se se ingurgitat. Illi Sæculum X.
amotam fuisse viro mentem existiman- A. C. 983.
tes illæsum relinquunt.

Cum ea calliditate barbaram hominum devotionem elusisset Romualdus, iter ingressus nudis pedibus & baculum manu tenens tandem Ravennam pervenit. Ibi cum Patrem habuisset, in proposito ad Sæculum revertendi obstinatum, compedes iniecit, vinculis ferreis repugnantem oneravit, verberibus acriter contudit, donec paternum corpus pessime afficiens animam sanavit, atque ad perseverandam in Monasterio compulit. Nam victa tandem est hominis pertinacia, mansit volens in monasterio, & superioris vitæ errata sancto fine emendavit.

§. IV.

Olibanus Comes convertitur.

At Olibanus Comes, amplissimis fundis filio relictis, iter in Italiam cum Abbate Guerino, Joanne Gradenico & Marino, nam Petrus Urseolus e vita migraverat, suscepit. Muli clitellarii quindecim Olibani thesauros portabant, cum vero Cassinum pervenit, familiares mirantes mœrentesque dimisit. Marinus *Chr. Cass.*
Cassini haud diu moratus in Apuliam se *l. 2. c. 19.*
contulit, & in solitudine degens tandem a grassatoribus gentis Arabicæ occiditur.

Sæculum X.
A. C. 983.

Guerinus Abbas peregrinationibus af-
fuetus cum Joanne Gradenico Jerosoly-
mam commeare constituit, & licet Oli-
banus, hoc eorum proposito comperto,
cadentibus lacrymis rogaret, ne desere-
rent virum pœnitentem, a Romualdo
sibi tantopere commendatum, itineri se
dederunt. Sed ecce, cum necdum pro-
ximum campum emensi essent, equus,
quo Guerinus vehebatur, calcitrans Gra-
denici crus comminuit, qui ad montem
Cassinum reverti coactus, ædificata pro-
pe monasterium Cellula, annos ferme
triginta ibi transegit, & vitam sanctam
pari fine clausit. Olibanus post hæc Ab-
bas Cusanensis fuit, & deinde Episcopus
Alzonæ, ubi hodie solummodo tenuis
pagus inter Carcaffum & Civitatem S.
Papuli positus reperitur.

Att. SS.
Ben. Sæc. 6.
p. 113.

§. V.

S. Nilus Calaber.

vit. interp.
Carioph.
p. 3.

Sanctus Nilus quoque sub annum non-
gentesimum octogesimum Cassinum
venit. Is Roscianum, Calabriae Caput,
unicam civitatem, cujus Græci domini
erant, nam reliqua illius regionis Sarace-
norum incursionibus vastabantur, pa-
triam nactus, liberalissimam indolem li-
terarum studiis excoluit. S. Scri-
pturam manibus continuo terebat, &
vitas Patrum legens mire delectaba-
tur.

tur. Unde vitia & vanas observa- Sæculum X.
 tiones, magicas notas, voces supersti- A. C. 938.
 tiosas ad avertendum sinistram casum
 pronunciandas vehementer averfabatur.
 Orbatus parentibus sub cura sororis piis-
 simæ, natu majoris fuit; sed ad illam
 ætatem, quæ flos juventutis est, perve-
 niens habitus decore & amœnissima vo-
 ce puellarum omnium animos & vota in
 se convertit. Cumque etiam ipse amo-
 rem virginis, loco humili quidem natæ,
 verum specie inter cunctas alias præstan-
 tissimæ, concepisset, desiderio communi-
 candi cum ipsa liberos accensus, victus-
 que est; ex quo commercio feminini se-
 xus proles primo partu in lucem edita.
 Attamen mortis & æterni supplicii me-
 moria Nilum identidem ab hac libidi-
 ne avocabat, & superveniens febris vio-
 lenta effecit, ut fugere deinceps pecca-
 tum statueret.

Igitur quadam die omnibus insciis
 ædes debitorum suorum adit, dicit, se
 vineam pulcherrimam reperisse, quam
 emere cuperet, & recepta, quantam da-
 re potuerunt, pecunia, spreta etiam fe-
 bre in viam se dat cum Monacho, nomi-
 ne Gregorio, ipsum ad Monasterium
 suum deducente. Cum flumen supera-
 ret, subito eum relinquit febris; quare
 omen captavit, profectionem hanc Deo
 gratam esse. Ita ad Monasterium Mer-
 curiense

Sæculum X.
A. C. 983.

curiense pervenit, ubi inter alios magni nominis viros Joannem, Fantinum & Zachariam habuit. Externum eorum habitum & paupertatem admiratus multo magis zelo perfectionis accensus est. Ipsi vero cum juvenis sapientiam, vocis, cum libros prælegeret, suavitatem, atque ingenii perspicacitatem cognovissent, jam tum augurabantur, eum non modo altum virtutis gradum consecuturum, sed etiam ad plurimorum aliorum salutem natum esse.

Paucis diebus ibi commorante Nilo, afferuntur epistolæ ab illius Provinciae Præfecto scriptæ, in quibus minabatur, si quis huic juveni manus imponere auderet, illum amputata dextra poenas daturum, monasterium autem sub dominium Principis redactum iri. Ergo illius loci Præpositis visum, in aliam Ditionem esse mittendum, ubi Sanctum habitum acciperet. Ipse Monasterium S. Nazarii delegit. Illuc pergenti occurrit in via Saracenus, cui sciscitanti, quis esset, unde veniret, & quo vaderet, Nilus quod res erat simpliciter aperuit. Saracenus mirari, quod hac ætate cucullo se involvere vellet (nam ad annos triginta necdum pervenerat, & vestibus pretiosis, quibus in sæculo usus fuerat, indutus incedebat) & dicere: *Expectandum tibi erat, dum consenuisses, tunc enim demum*

S. Nilus
mundum fugiens.

p. 10.

demum Monasterio maturus fuisses, si ta- Sæculum X.
men aliquando monachus esse volebas. Ab- A.C. 983.
sit! absit istud! respondit Nilus, *nemo*
placet Deo, qui necessitate adactus, demum
ad serviendum ei confugit. Nec vir se-
nex pro Principe militare valet, nec Ser-
vitio Dei aptus est. Deo serviam juve-
nis, ut senem honoret. Saracenus hoc
 responso delectatus viam, qua ad memo-
 ratum monasterium tendendum erat,
 ostendit, animum addidit, ut inceptis in-
 sisteret & benedixit. Tum Nilus totus
 contremuit cogitans, quam prope exi-
 tium fuisset, moxque multo vehemen-
 tius expavit, audiens Saracenum recur-
 rentem & magno clamore præcipientem,
 ut gradum sifteret. Ubi coram adstitit,
 dedit ei Barbarus panes candidos, quos
 ferebat, quia sine annona iter facientem
 videbat, & excusavit quod melius quid-
 quam dare non posset. Exprobravit ve-
 ro, quod expallescere & timeret se, vi-
 rum, qui timeri non meruisset.

Cum Nilus haud plus aliquot passibus
 a Monasterio abesset, obvium habuit
 equitem, qui eum a proposito dimovere
 conabatur, monachorum famam dire-
 proscindens. Homines avaros esse affir-
 mabat, vanam gloriam captantes, gulæ
 deditos. Tam ampli sunt, inquiebat,
 in Cucullatorum istorum culinibus lebetes,
 ut in iis mihi & equo meo stantibus suf-

Sæculum X.
A. C. 983.

ficens spatium foret. Respondere parabat Nilus; at ille concitato equo effugit. Tandem in Monasterium S. Nazarii intrantem Abbas monachique magna Charitate excipiunt, utque ab itinere fatigatum foverent pisces vinumque apponunt. Nilo autem satis fuit pane & aqua refici. Tum rogavit, ut sibi habitus monasticus daretur, ea conditione, ut post lapsum quadraginta dierum ad illud monasterium, unde venerat, redire liceret. Abbati videbatur Nilo, quamprimum Habitum monasticum recepisset, curam alterius cujusdam monasterii esse committendam, quod Nilus absurdum esse ratus jam tunc juramento se obstrinxit, nunquam officium recipiendi, cui Dignitas esset annexa.

§. VI.

S. Nilus in Eremito.

p. 18.

Completo quadraginta diebus Nilus, ad monasterium Mercuriense rediit, Patres maximo lætitiæ sensu recipiunt, præprimis Fantinus, cui Nilus dulcissimo amicitiae fœdere junctus est. Cum deinde præclaræ juvenis dotes ad notitiam Joannis, complurium Monasteriorum Præpositi, devenissent, ille Nili obedientiam variis modis probavit, optimam indolem amare cœpit, & Novitium fratrem aliquamdiu apud se detinuit.

Exin-

Exinde Nilus consentientibus Patribus prope monasterium secessit in specum, ubi Altare S. Michaeli Sacrum erectum erat, ibique hoc ferme vitæ institutum amplexus est. Primo mane usque ad Tertiam scribebat; nam literas eleganter & velociter formabat. A Tertia usque ad Sextam ante Crucis effigiem versabatur, Psalterium recitans, & millies genuflectens. A Sexta usque ad Nonam sedebat, S. Scripturam & SS. Patres studiose legens. Tum Nona & Vesperis recitatis e Cella egressus animi relaxandi causa ambulabat, Deum tamen cogitans, quem in suis Creaturis laudabat & admirabatur, & selecta Patrum effata pensans. Post Solis occasum mensæ assidebat & vel solo pane, vel sine pane coctis oleribus, vel pro diversitate temporis arborum fructibus reficiebatur. Erat vero ejus mensa saxum grande & utcunque planum, pro patera contractæ testæ partem habebat. Nihil nisi aquam, & hanc etiam in mensura, bibebat. Si quod opus arduum in vitis antiquorum Patrum invenisset, illos imitari satagebat. Unde intra dies viginti duos bis tantum comedit, quem jejunandi modum ter servavit. Aliquando per integrum annum singulis tantum mensibus semel bibit, etsi nullo alio cibo quam sicco pane vesceretur. Sed hunc rigorem

Sæculum X.

A. C. 983.

p. 25.

p. 28.

Sæculum X.
A.C. 983.

dimisit, ne pulmo penitus arefceret; nam sibi primo solum octiduo vexabatur. Verum Quadragesimam sæpe sine ullo potu ciboque transigebat, solum Sanctam Communionem sumens. Nocturna una hora dormiebat, quo facilius cibus digereretur. Postea recitabat Psalterium, quinquies centies genuflectendo, tum preces nocturnas & matutinas persolvebat, dicere solitus, Anachoretam multo plura & majora quam monachum in Congregatione viventem facere oportere. Ejus amictus erat saccus ex pellibus caprinis confusus, quo uno utebatur, cingulum autem funis, quem etiam non prius quam expleto unius anni spatio deponebat, morsus pediculorum, a quibus corrodebatur, patienter ferens. Non lectum, non sellam, non arcam, non manticam habebat; pro atramentario erat lignum cera obductum. Tantus erat paupertatis amor!

p. 37.

Cum quidam frater Nilum rogasset, ut ipsum contubernalem suscipere dignaretur & ægre obtinuisset, ait: *Pater mihi habeo tres argenteos; quid me agere, aut in quo consumere pecuniam vis?* Nilus respondit: *Da pauperibus, & nihil nisi Psalterium tuum serva.* Fecit ille, quod jubebatur; sed postquam aliquamdiu cum Sancto viro commoratus esset, tantam vitæ austeritatem fastidians, cum
Magi-

Magistro jurgari cœpit, ut eum ad iracundiam excitaret. Cui Nilus placidissime: *Frater mi, in pace vocavit nos Deus. Si jam tibi invisus sum, discede quocunque lubuerit. Deus comes sit. Intelligo enim te superbiam & Sacerdotii desiderium vincere non posse.* Alter iracensus: *Redde mihi tres argenteos meos, tunc abibo. Quid causæ fuit, ut eos darem pauperibus?* Respondit Nilus: *Frater mi, scribe in pagella, me boni hujus operis mercedem in Cælo recepturum, & Altari impone. Illico pecuniam tibi reddam.* Alter, ut experiretur, quo pacto Nilus, cui nec obolus erat, promissum impleret, scripsit, quod petebat. Tum Nilus accepta pagella, ad Monasterium Castellense descendit, & mutuos sibi datos tres argenteos discessuro fratri tradidit. Malus Monachus, desideria sua secutus, haud diu post e vivis abiit, & Nilus ad specum suum regressus, intra dies duodecim tribus descriptis Psalteriis, debitum suum solvit.

Annis exinde paucis elapsis beatus Fantinus Abbas in quoddam amentia genus incidisse visus est, quod ejus virtutis & sanctitatis conscii potius cælestem instinctum crediderunt. Excessit e monasterio, atque per provinciam vagabundus, in questus & lamenta super Ecclesias, monasteria & libros effundebatur.

Sæculum X.

A. C. 983.

1. Cor. 7. 15.

Fantinus
Abbas

p. 45.

Saculum X.
A. C. 983.

Fantinus
Abbas.

tur. Clamabat, asinis & mulis plenas esse Ecclesias, quas fœde inquinarent, monasteria combusta & destructa, libros madidos & perditos, quare imposterum sacra lectione esset carendum. Ubi aliquis fratrum e suo monasterio occurrebat, tanquam mortuum lugens dicebat: *Ego te peremi, fili mi!* Talia vociferans nolebat sub tecto degere, nec cibum, cui adsueverat, sumere, sed per deserta errans olera silvestria comedebat. Plurimi eum Divinitus admonitum incurSIONEM Saracenorum, qui brevi post totam regionem depopulati sunt, aut potius monasteriorum perniciem & Disciplinæ Regularis ruinam vaticinante animo indicare voluisse existimarunt. Nilus, videns tristem amici casum, vagantem sequebatur, & omnibus viribus persuadere conabatur, redeundum esse ad monasterium. Sed Fantinus affirmabat, nunquam se reversurum, brevi autem ex his vitæ miseris exiturum. Vera dixisse eventus paulopost docuit.

Nilo ad suam Cellam reverso, veniunt Patres Monasterii Fantini rogantes, ut se ad eorum monasterium conferret & ipsis Abbatem deligeret. Cum enim viri constantiam haberent exploratam, petere non sunt ausi, ut ipse Abbatibus munus susciperet. Ipse Monasterium ingreditur & Congregationem in Eccle-

Ecclesia convocat; tunc vero peracta Sæculum X.
A. C. 983.
prima oratione Lucas, defuncti Abbatis
Fantini germanus, Nili pedes complexus,
eum in nomine Sanctæ Trinitatis, & per
omnia, quæ Sacrosancta essent, obtesta-
ri cœpit, ut Abbatis Officium subire
vellet. Nilus dicta omnia in ipsum Lu-
cam retorfit, fratresque ad eum eligen-
dum compulit. Quamvis enim non ma-
gnam admodum Sacrarum Scripturarum
scientiam sibi comparasset, vir tamen e-
rat magnæ pietatis & rebus gerendis i-
doneus. Hac ratione Nilus tentationem
superavit.

§. VII.

Primi S. Nili Discipuli.

Sancto Nilo adhuc in specu suo commo-
rante, venit ad eum discipulus, no-
mine Stephanus, homo valde simplex, cu-
jus patientia & obedientia erat admira-
tione digna. Saracenis anno integro in
tota Calabria grassantibus, fama prævo-
lavit, eos etiam regionem Mercuriensem
adituros, & tam monasteria quam mo-
nachos excisuros. Omnes ergo in pro-
ximas arces diffugiunt, eosque Step-
hanus, qui tunc forte in monasterio S. Fan-
tini versabatur, secutus est, quia ad spe-
cum redire periculum manifestum non
permittebat. Ipse Nilus, cum procul
ex terræ pulvere aërem perturbante co-
gnosce-

p. 49.

p. 54.

Sæculum X.
A. C. 983.
gnosceret, hostes adventare, noluit tentare Deum, sed per notos sibi calles ad locum tutum digressus est. Postera die ad specum rediit, viditque Barbaros cilicium alterum, quod permutandi causa habebat, abstulisse. Cum vero descendisset ad monasterium, omnia destructa conspexit, & ratus Stephanum in captivitate fuisse abstractum, animo constituit, se ipsum amore ipsius captivum tradere. Postquam autem comperit, eum cum ceteris monachis fugisse, Saracenis dilapsis, ambo ad cellam regressi, in suscepta vitæ ratione perseverarunt.

p. 58.

Non multis exinde diebus cum Nilus Stephanum in civitatem Roscianensem ad emendas membranas misisset, rediens ille senem adduxit, nomine Georgium, virum inter primores urbis principuum, qui a Deo se ad vitam anachoreticam vocari arbitratus, obtulit se Nilolo, facturus quidquid præscriberet. Respondit Nilus:

p. 60.

Frater mi! non ideo in deserto degimus, quia ceteris meliores sumus, sed quia Regulam vitæ communis servare non possumus, tanquam lepra infecti a ceteris hominibus separamur. Prudenter agis, quod salutem æternam quæras. Ergo aliquam Monachorum Congregationem adi, ubi quietem animi & corporis invenias. Sed senex a proposito dimoveri non potuit, nec

nec a Nilo recessit, qui eum deinde filiali affectu profecutus est.

Sæculum X.

A. C. 983.

p. 62.

Tandem Saracenis sæpe illam regionem infestantibus, cum præter illum specum, in quo cum suis Nilus versabatur, via esset, crediderunt tuto ibi morari non amplius sibi licere. Ergo Nilus ad quemdam locum haud procul Rosciano in suo patrimonio situm, ubi erat Oratorium S. Adriano Sacrum, venit. Ibi, compluribus Discipulis ad eum confluentibus, post aliquod temporis spatium duodecim virorum Congregatio exorta est, quæ Monasterium dici poterat. Duo fratres sæculares illius regionis stimulante invidia S. Nilo detrahebant, Hypocritam & Impostorem appellantes. Ille eorum calumniis nihil aliud quam benedictionem & laudes opposuit; quin imo quadam die pessime ab ipsis affectus, ad eosdem tunc mensæ assidentes rediit, & veniam, si quid peccasset, suppliciter petiit. Tandem, quos prius adversarios habuit, usque adeo sibi devinxit, ut eorum natu major morti proximus S. Nilum omnium Bonorum suorum hæredem testamento scripserit, & fratrem superstitem ejus curæ commenda-
verit. At Vir Sanctus nolebat, ut suum Monasterium quidquam supra id, quod erat necessarium, possideret, dicens, superflua sine avaritiæ nota retineri non posse.

Sæculum X.

A. C. 983.

p. 69.

posse. Cum quadam die duo ipsius Monachi extra monasterium manducassent, reversis dixit: *Nunquid mancipia mei estis, quod vos ab oculis meis absconditis? Fratres mei estis; panis, quo vescimur, est fructus laboris vestri, & nemo vos cogit, ut inviti quidquam faciatis.* Crescente congregationis suæ numero nunquam eo adduci potuit, ut Abbatis vel Hegumeni titulum sibi dari pateretur, ne violaret præceptum Ev-

Matth. 23. 8. angelii, *Vos autem nolite vocari Rabbi.* Hegumenos autem alios vocari iussit, quorum primus fuit Proclus, vir electione librorum sacrorum & profanorum eruditissimus, qui & ipse complures ingenii sui partus posteris reliquit.

p. 72 v. Chro.

Cass. lib. II.

c. 11.

S. Nilus Rosci-
sciani.

Cum vehemens terræ motus in Campania & Calabria urbem Roscianensem pene totam evertisset, S. Nilus patriæ calamitatem inspecturus, ne a popularibus agnosceretur, in itinere inventa vulpis pelle caput contexit, e baculo autem, quem humero imposuerat, post tergum pallium dependebat. Ita civitatem intrantem pueri lapidibus insectabantur, clamantes: *Videte Monachum Bulgarum!* alii, *en bubonem Francum, vel certe Armenum!* Sub noctem larva deposita majorem Ecclesiam ingreditur, S. Virginem Patronam suam invocaturus. Ibi orantem quidam Presbyteri

byteri agnoscunt, & stupentes pedibus ejus advolvuntur. Ipse piis colloquiis tristes consolatus divertit ad quemdam, Caniscam nomine, cujus olim Discipulus fuerat, hortatusque est, ut valediceret sæculo, quippe semper vitam pudicam duxerat. Sed persuadere non potuit viro, cujus animo avaritia dominabatur. Eum haud diu post sentientem, se proxime moriturum, sera & inutilis pœnitentia torisit, quod salutaria monentem non audivisset.

Sæculum X.
A. C. 983.

S. Nilus sæpe animoolvebat, quantæ essent solitudinis deliciae, & quam suavis libertas esset hominis vere pauperis, non minus curarum, quam divitiarum expertis. Ab experientia doctus judicabat, monachum cum aliis conversantem, cum in via virtutum progredi deberet, magis regredi. Sibi ipsi consortium aliorum obstare querebatur, quo minus cœlestia contemplari, & affectus interiores regere posset. Quas cogitationes oppugnabat objiciendo Apostoli præceptum: *Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius.* I Cor. 10. 24. Itaque Discipulos suos tentare constituit aliquo mandato contra rationem pugnante; cui si sine mora & sine examine obedirent, nunquam deinde ab iis discederet. Quadam die expleto Officio matutino inquit: *Patres mei, plures, quam par erat,*

p. 78.

Hist. Ecclesiast. Tom. XIII. Pp vi-

Sæculum X. vineas plantavimus, & quidquam ultra
A.C. 983. quod necessitas postulat possidere, avari-
 tia est, venite, & quæ supersua vi-
 dentur, excindamus. Illis consentien-
 tibus, ipse falcem humero imponens
 pergit ad vineam inter ceteras pulcher-
 rimam & fertilissimam. Sequuntur o-
 mnes, & a mane usque ad horam ter-
 tiam vites secant. Tunc vero videns
 perfectam eorum obedientiam Deo pro-
 misit, se a Discipulorum suorum socie-
 tate nunquam recessurum. At fama
 hujus rei insolentiam quaquaversum hinc
 usque ad montem *Atbos*, inde usque in
 Siciliam deferente, omnibus ænigma esse
 visum est, quod diversi diverse explica-
 bant.

§. VIII.

*Theophylactus & Leo S. Nilum
 invisunt.*

p. 82.

Quadam die cum Vir Sanctus Rosciani
 male affecta valetudine versaretur,
 Theophylactus Metropolita Calabriae &
 Leo Palatinus, viri prudentes & docti,
 comitantibus Senatoribus, Presbyteris,
 & permultis de populo ad eum invisunt,
 quæstiones de S. Scriptura proposituri,
 magis explorandi, quid responsurus
 esset, quam discendi animo. Ubi pri-
 ma salutatione defuncti, omnes conse-
 derunt, Nilus librum, quem manu tene-
 bat,

bat, Palatino obtulit, ita apertum, ut Sæculum X.
A. C. 983.
statim oculis inspicientis objiceretur ef-
fatum, ex decem millibus animarum il-
lo ævo vix unam reperiri, quæ dedu-
centibus bonis Angelis e corpore migra-
ret. Illico omnes una voce dicere:
*Avertat malum optimus Deus! falsum
est istud, qui hoc scripsit Hæreticus est.
An frustra baptizati sumus? frustra Cru-
cem adoramus? frustra communicamus
& Christianorum nomen gerimus? Ni-
lus, cum Metropolitanus & Palatinus
ista audacter ingerentibus nihil respon-
derent, leni voce reposuit: Quid au-
tem dicetis, si vobis ostendero, S. Ba-
silium, S. Chrysostrum, S. Ephemum,
S. Theodorum Studitam, quin & S. Pau-
lum & Evangelium id ipsum affirma-
re? neutiquam, hæc dicendo, Deo obse-
quium præstatis. Hæresim profiteri u-
tique non audebitis, ne lapidibus a po-
pulo obruamini. Sed dico vobis, iter-
umque dico, nisi virtutem omnibus vi-
ribus colueritis, pœnam æternam non
effugietis. His verbis commoti omnes
ingemiscere, & dicere: Væ nobis pec-
catoribus!*

Tum Nicolaus Protospatharius ad
Nilum: *Pater mi! quare ergo Evange-* Matth. 10. 42
*lium dicit: Quicumque potum dederit
uni ex minimis calicem aquæ frigida,
non perdet mercedem suam. Respon-*

Pp 2

dit:

Sæculum X.
A C. 983.

dit: Hoc dicitur propter illos, qui omnino nihil habent, ne forte aliquis se excuset, & dicat, deesse sibi lignum, quo ignem excitet, & aquam calefaciat. Alius interrogavit: Pater mi! scire cuperem, an Salomon salvus sit vel reprobus. Nilus non ignorans hunc ipsum, istud quærentem, hominem esse vitio luxuriæ immersum, dixit: Utinam potius scirem, an tu salvus futurus sis vel reprobus. Quid ad me, teque, Salomon salvus sit vel damnatus? ad nostram damnationem scriptum est: Quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, mæchatus est eam in corde suo. Quod vero ad Salomonem spectat, nullibi in Scriptura occurrit, ipsum pœnitentia superioris vitæ peccata delevisse, quod de Manasse legimus. Ultimis in arenam descendit quidam Presbyter, interrogans in hunc modum: Pater mi! cujus generis arbor fuit in paradiso, de qua Adamus comedit? Respondit Nilus: De Malo Silvestri. Mox omnibus ridentibus, adjecit: Nulla hic ridendi materia; talis est responsio, qualis fuit interrogatio. Quo pacto ego homini huic dicere possim, quod Scriptura nobis non manifestat? cum te perpendere serio oporteret, qua ratione formatus fueris, quomodo Paradiso illatus, quomodo ejectus, quodnam præceptum

et or. illud

ptum fuerit, quod violasti, qua via a-
missam felicitatem recuperare possis, mis-
sis his omnibus, quæris ex me, quod
fuerit arboris nobis ignotæ nomen;
quod si tibi dixissem, quæsiturus eras,
ut opinor, qualis bujus arboris fuerit
radix, quæ folia, quis cortex, & deni-
que an magna fuerit vel parva. Post-
quam complures hujusmodi sermones
miscuissent, cum omnes recederent, di-
xit Metropolitanus, revera magnum vi-
rum esse hunc Eremicolam.

Sæculum X.
A C. 983.

§. IX.

Eupraxius convertitur.

Eupraxius Calabriae Præfectus puella-
rum monasterium in civitate Roscia-
nensi fundaverat, quod pene collapsum,
Eupraxio Constantinopolim reverso, S.
Nilus reparavit. Nihilominus pessimi
fufurrones ad Eupraxium deferunt, istud
monasterium a Nilo fuisse expilatum.
Ille literas ad S. Virum dedit minis a-
speras, cumque in Calabriam cum Præ-
fecti potestate secundo venisset, adsunt
illius Provinciae Abbates, dona ferentes,
& rogantes, ut se præsidio potenti tue-
retur. Solus Nilus non venit, quiete in
suo monasterio manens & pro Salute
Præfecti Deum exorans. Idipsum Eu-
praxii, jam prius offensi, animum multo
magis exacerbavit. Sed percussus ul-

p. 80.

p. 91.

P p 3 cere,

Sæculum X. cere, quod ipsum tribus annis affixit, &
A. C. 983. obscenas corporis partes, quæ honeste
 non nominantur, pessime affecit foetore
 omnibus intolerabili, confessus est, hanc
 justam vetitæ libidinis pœnam esse. Pœ-
 nitentia quoque ductus, quod innocen-
 tem Abbatem contumeliose habuisset,
 misit ad eum, qui rogarent, ut ad se in-
 visere, & benedicere dignaretur. Vir
 Sanctus diu cunctatus est facere quod
 rogabatur, ut Præfecti humilitatem pro-
 baret, nec ante elapsam triennium ad a-
 grotum se contulit, cum comperisset,
 ad vitalia malum penetrasse.

Præfectus advenientis Nili pedes in-
 ter largas lacrymas complexus, Sancto
 Viro, cum e terra levante, mox omnia
 peccata sua humili confessione exposuit,
 & obsecravit, ut sibi monasticum habi-
 tum daret, dicens, se voto obstrinxisse,
 quod Monachum vellet induere. Re-
 spondit Vir Sanctus: *Omnes qui post ac-*
ceptum Baptismum peccarunt, etiam sine
voto subire penitentiam tenentur. Ha-
bitum vero monasticum tibi dare meum
non est, quia simplex monachus nullum
Ordinem Ecclesiasticum recepi. Habes
hic Metropolitanam (nempe Episcopum
ad S. Severinam) habes Episcopos & Ar-
cbimandritas, qui perficient, quod expe-
tis. Nihilominus cum Eupraxius ro-
gandi finem non faceret, Nilus sua ma-
 nu

p. 95.

nu ejus capillos refecat, & præsentibus Sæculum X.
A. C. 983.
Episcopis atque Abbatibus, volentem Habitu monastico induit. Mox Præfectus ad paratum convivium omnes invitavit, & quia vires suppetere videbantur, ipse suis convivis cibos ministravit. Omnia deinde, quæ possidebat, aut suis manibus pauperibus distribuit, aut Ecclesiis legavit & servos omnes manumisit, tum elapso inde triduo, contrito corde, sperans in Dei misericordiam, animam reddidit. Porro Nilum testamenti sui Curatorem constituerat, sed Vir Sanctus nolens se tot negotiis onerare, hoc officium in Metropolitanum rejecit.

§. X.

Alia S. Nili facta.

Sanctus Nilus permultos Energumenos liberavit, præcipiens, ut oleo a Presbyteris ungerentur, vel ut Romam ad limina SS. Apostolorum commearent. p. 101.
Ipse vero super neminem manu sua ullum unquam Crucis signum formabat.

Quamquam animus vehementer repugnabat, horrebatque, cum sæcularibus conversari, & urbium tumultum sustinere, nihilominus, ubi offerebatur occasio, Magistratus adiens, pro populo deprecabatur, vel ut miseros ab inimicis p. 107.
oppressos fervaret, vel ut reos pœnæ e-

Pp 4 ripe-

Sæculum X. riperet. Nec, cum ejusmodi humani-
 A. C. 983. tatis officia proximo suo impenderet,
 longa itinera pedibus suscipere, atque
 etiam nunc frigus, nunc calorem pro di-
 versa aëris intemperie tolerare recusa-
 bat. Compluribus Præfectis, qui in I-
 talias mittebantur, ei magnam pecunie
 vim, vel ad alendam suam Congregatio-
 nem, vel pauperes, dare promittenti-
 bus respondebat: *Fratres mei beati erunt secundum verba Psalmi, si labores manuum suarum manducent. Pauperes vero quererentur, vos Bona eorum vobis ipsis retinere, & me admirarentur, tanquam nihil habentem & omnia possidentem.*

p. 109.

Ps. 127.

Cum quidam Evnuchus Imperatori a cubiculis misso servulo S. Nilum, ut ad se veniret, rogasset, ait ille: *Propinquos & affines non habeo, & multa Bona possideo, quæ Deo donare & Monasterium fundare constitui. Proficiscere mecum Constantinopolim, Sanctum habitum de manu tua accipiam, & efficiam, ut apud Imperatores sicut bodie apud me familiariter diverseris.* Nilus, postquam ut assueverat pectus suum signo Crucis muniisset, Spadoni respondit: *Laudo propositum tuum, quod Deo acceptum est. Sed non expedit, me desertum meum & pauperes, qui mecum paves ærumnas sustinent, relinquere, per*
 civi.

civitates vagari, & negotiis implicari. Sæculum X.

An desunt Constantinopoli Monachi & Abbates, qui Monachos se fieri cupientibus habitum dare possint? Si autem putes a me & non ab alio recipiendam tibi esse vestem sacram, veni ad Congregationem nostram, & nobiscum angustam viam salutis ingredi. Evnucho mentem non mutante, discessit ab eo S. Abbas, gratias Deo agens, quod structas ab infernali hoste insidias evassisset.

Archiepiscopo Roscianensi fati functo, omnibus una sententia fuit, Nilum Abbatem, nil tale cogitantem, esse occupandum, & ad recipiendam Dignitatem compellendum. Jamque Magistratus & Clericorum præcipuos iter ad cellam S. Nili ingressos quisquam antevertit, ratus se gratissimam rem Viro Sancto nunciaturum. Nilus gratias e-

git, jussitque etiam recedentem munusculo donari. At ipse cum uno monachorum ad interiora montis fugit, ubi a nemine inveniri potuit. Itaque Presbyteri & Senatores, qui ad Monasterium venerant, postquam diu multumque S. Virum quærivissent & frustra expectassent, tristes regressi, alium Archiepiscopum eligere coacti sunt.

Haud diu post Saracenis in Calabria grassantibus, cum S. Nilus cum suis Monachis

P p 5 nachis

p. 115.

S. Nilus hogenores fugiens.

p. 120.

Sæculum X. nachis in arcem se recepisset, tres, qui
A. C. 983. ad custodiendum monasterium remanferunt, capti sunt & in Siciliam devehiti. S. Vir statim deliberare cœpit, qua ratione redimi possent, & centum nummos aureos ex redditibus monasterii collectos, opera usus cujusdam fratris fidelissimi, Panormum misit cum mulo, sibi dono dato, & Epistola directa ad Emiri Notarium, virum Christianum & pium. Is acceptam Epistolam recitavit coram Emiro Domino suo, qui sapientia & virtute S. Abbatis delectatus vocatos monachos honorifice habuit, & retento sibi in amicitiae pignus mulo ad sua remisit, redita pecunia, & adjectis aliquot pellibus cervinis. Epistolam etiam deferendam tradidit, in qua dicebat: *Tua culpa accidit, quod Monachis tuis mala evenerint. Si enim ad me confugisses, literas tibi dedissem tutelæ meæ testes, tuncque secure in tuo monasterio remanere licuisset. Si autem huc ad nos navigare vis, ubicunque placuerit sedem tibi eliges, mihi que patris loco, quem omni veneratione prosequar, futurus es.*

§. XI.

S. Nilus in Monasterio Cassinensi.
 Sanctus Vir providens totam Calabriam a Saracenis vastatum iri, emigrare statuit; sed noluit in Orientem proficisci,
 ne

ne ingens Sanctitatis opinio, quam Græci de ipso conceperant, superbiendi occasio esset; quippe Nili fama usque ad Imperatores pervenerat. Ergo ad Latinos se convertit, quibus ignotus esse sibi videbatur. Sed in utraque Orbis parte cum Fideles ceu Apostolum colebant. Cum Capuam pervenisset, Pandolphus Princeps & præcipui Senatorum honorifice exceptum, in Episcopum sibi cooptarunt, & cogitata perfecissent, nisi mors subita Principem rapuisset. Sed cives, Aligerno Abbate Montis Cassinensis advocato, postularunt, ut S. Viro aliquod Monasterium Cassinensi subjectum, quodcunque videretur regendum committeret.

Sæculum X.

A. C. 983.

p. 123.

Igitur S. Nilo ad celeberrimum Monasterium Cassinense divertenti tota Congregatio usque ad radices montis, Presbyteri & Diaconi Sacras vestes tanquam in solempni festo induti, cereos & thuribula portantes, obviam processerunt. Ille eorum tam corporis quam animæ morbos omnes abstulit, atque hujus Domus pulcherrimum ordinem & Disciplinam admiratus, eam Græcorum instituto excellentiorem esse affirmavit. Tum Aligernus Abbas & monachorum præcipui Hospitem ad destinatum ipsi monasterium deducunt, nempe in Valle lucis, ubi quindecim annis fuit. Rogatus

tus

Sæculum X. A. C. 983. tus ab Abbate & Monachis, ut cum tota sua Congregatione ad majus Monasterium veniret, & officium Græca Lingua celebraret, primum humilitatis causa reruit, deinde vero venturum se promisit. Quare Hymno in laudem S. Benedicti, qui omnia ab eo patrata miracula complectebatur, composito, cum tota sua Congregatione Monachorum plusquam sexaginta ad montem Cassinum ascendit, ibique Vigiliis cantu harmonico celebravit; complures enim e suis legere & elegantissime canere docuerat.

p. 131.

Officio completo monachi omnes latini, eorum Abbate licentiam dante, ad Nilum confluunt, & varias quæstiones de vita monachorum, aut de variis S. Scripturæ locis proponunt, ad quas ille sermone latino respondit. Cuidam quærenti in hunc modum: *Si semel in anno carnes comedam, ut gulæ indulgeam, quid hoc noceat?* S. Nilus reposuit: *Si toto anno valeas, & semel tantum ita cadas, ut crus confringatur, quid hoc noceat?*

Rom. 14. 3.

Quærentibus, quid de jejuniis Sabbatino sentiendum esset, dixit: *Is qui manducat, non manducantem non spernat, & qui non manducat, manducantem non judicet. Si nos reprehenditis, quod in Sabbato non jejunemus, cavete, ne simul*

simul Columnas Ecclesiæ, S. Athanasium, S. Basilium, S. Gregorium, S. Chryso-
stomum & ipsa Concilia damnetis. Nos
bene agimus, cum in Sabbato non jeju-
namus, ut oppugnemus Manichæos, qui
veteris Testamenti odio illa die carnem
suam affligunt; a labore autem non ab-
stinemus, ne in hac re Judæis pares simus.
Vos quoque bene agitis, si in Sabbato je-
junatis, ut mentes vestras ad sanctifican-
dam Dominicam præparetis.

Sæculum X.
 A.C. 983.

Aligernus Abbas Cassinensis, Majel-
 poti anno nongentesimo quadragesimo
 nono Successor, annis triginta septem
 Monasterium rexit, patria Neapolitanus,
 quondam in monasterio S. Pauli prope
 Romam sub Abbate Baldoino professus.
 Is Cassino restaurando intentus, quod a
 tempore Abbatis Bertharii vix satis e
 ruinis surrexerat, agros complures a vi-
 cinis comitibus detentos Ecclesiæ vindi-
 cavit. Unde ab adversariis contumeliis
 affectus, a Landulpho autem Principe
 Capuano defensus fuit. Ergo in terras
 incultas colonos immisit, Ecclesiam, &
 loca Disciplinæ regulari destinata repa-
 ravit, ita ut ipsius ætate Monasterium
 Cassinense quasi e cineribus splendidius
 prodierit.

Act. SS. Be.

Sæc. V.

p. 631.

Supl. LIII.

S. 47.

Sæculum X.
A. C. 984.

§. XII.

Benedicti VII. obitus. Joannes XIV.
Joannes XV. Papæ.

Baro. an. 984
Papeb. cona.
p. 167.

Romæ Benedictus VII. obiit die decima Julii anno 984. Indictione XII. cum annis octo & menses sex sedisset, in Basilica S. Crucis in *Jerusalem* sepultus, Benedicto substitutus est Petrus, Episcopus Ticinensis, Ottonis II. Imperatoris Archicancellarius, qui Reverentiæ causa Petri nomen mutasse, & Joannes XIV. dici voluisse creditur. Sed non ultra menses octo S. Sedem tenuit; nam Franco ante annos decem Antipapa, accepto nomine Bonifacii VII. cum Benedicti VII. mortem didicisset, Romam rediit, suorumque factione potens Joannem XIV. in S. Angeli munitionem captum detruit, postea deponit, atque quatuor mensibus detentum fame perire, truculentus prædo, cogit.

Ita Bonifacius Papa salutatur, & S. Sedem mensibus undecim occupat, quibus exactis repentina morte extinguitur. (*)
Eum

(*) Hanc fuisse violentam, quæ sequuntur, vix dubium relinquunt. Ceterum Eminentissimus Cardinalis & Natalis Alexander, Bonifacium nefarium Antipapam non mensibus undecim, sed tantum quatuor tyrannice tenuisse Sedem,

Eum vero usque adeo oderant sui, ut *Sæculum X.*
 mortuum lanceis confoderint, nudatum *A. C. 986.*
 pedibus raptatum, & in foro ante cabal-
 lum (*) Constantini projectum, relique-
 rint. Ubi illuxit, quidam Clerici inde-
 core jacentem & fœde laceratum tollunt
 & sepeliunt. Eligitur deinde Joannes
 patria Romanus, Roberti filius, qui S. Se-
 dem tenuit mensibus quatuor, nunquam
 consecratus; quamobrem Pontificum
 Romanorum Catalogo non inseritur.
 Tandem in Joannis XIV. locum subro-
 gatus est Joannes XV. & ipse patria Ro-
 manus, Leonis Presbyteri filius, vige-
 sima quinta Aprilis anno nongentesimo
 octogesimo sexto consecratus, qui annis
 decem sedit.

*MS. ep.
 Papebr.*

§. XIII.

dem, quam secundo invaserat, affirmant. Au-
 diamus loquentem Cardinalem: *Unde parum*
consulunt Veritati, minusque Pietati, & S. R. E.
Dignitati, qui hunc inter Romanos Pontifices
referunt, annumerandum potius inter famosos
latrones & potentissimos Grassatores atque Pa-
triciæ Perditores, Syllas & Catilinas, horum-
que similes, quos omnes superavit Sacrilegus
iste turpissima nece duorum Pontificum.

(*) Hic Cardinalis inserit Parenthesin: *Ita*
tempore illo antiquitatum Romanarum rudes
equestrem statuam æneam Marci Aurelii Anto-
nini Imperatoris, Constantini esse vulgo dice-
bant.

Sæculum X.
A. C. 986.

§. XIII.

S. Dunstani suprema.

vit. Dunst. n. Joanne XV. in Petri Cathedra sedente
38. Sæc. V. obiit S. Dunstanus, lux Angliæ. An-
Ben. p. 682. nis vero ante obitum suum quatuor Ethelwoldum Wintoniensem Episcopum, & Episcopum Rosensem, Cantuariam ad se invisentes tenerrimo lætitiæ sensu excepit, utpote carissimos clientes, a se nutritos, eruditos & ad supremos Ecclesiæ gradus evectos. Postquam complurium dierum spatium dulcissime colloquendo transegissent, Archiepiscopus abituros extra urbis portas comitatus est; ubi vero valedicere cœpit, obortis lacrymis & singultibus verba perficere frustra conabatur. Stupentibus Episcopis & immodici mœroris causam querentibus, dixit: *Lugeo, quia scio, supremam utrique diem imminere.* Vera Archiepiscopum prædixisse utriusque fata proxime secuta docuerunt; quippe Episcopum Rosensem, vix in urbem suam regressum, subiti morbi violentia e numero vivorum delevit, Episcopum vero Wintoniensem, cum necdum ad sua pervenisset, ægritudo corripuit. Obiit prima die Augusti anno 984. Episcopatus sui vigesimo secundo, ejusque memoriam Ecclesia ea ipsa die colit. Eidem Ethel-

Sæc. V. Ben.
p. 607. 622.
Mart. I.
Aug.

Ethelwoldo complura Opera adscribebantur, quæ ætatem non tulerunt.

Sæculum X.
A. C. 988.

S. Ethelwoldo defuncto lis magna de eligendo Successore inter Clericos ob corruptos mores ex Ecclesia Wintoniensi pulsos, & Monachos iisdem subrogatos exorta est, utraque parte, e suis aliquem in Episcopum esse ordinandum, contendente. S. Dunstano ferventer oranti & a Deo postulanti, ut sibi indicaretur, quis Episcopatu Wintoniensi dignus esset, S. Andreas apparuit, præcipiens, ut Elfegum, Abbatem Bathensem, huic Sedi præficeret, & consecraret. Erat Elfegus vir magnis dotibus instructus, qui posteriore tempore Dignitatem Archiepiscopi Cantuariensis consecutus est.

vit. S. Elfeg.
3. Sæc. V.
Ben. p. 116.
Sup. Lib.
LVII. §. 30.

S. Elfegus.

In Festo Ascensionis Domini 17. Maji, anno nongentesimo octogesimo octavo, lecto Evangelio, S. Dunstanus de more ad populum dixit. Tum Missam est prosecutus, & ante Communionem solemnem Benedictionem impertitus, iterum populum exhortari, ut mentem ab his terrenis ad Cœlestia erigerent. Cumque pacis osculum dedisset, amplius, quod sciebat, silentio premere non potuit, sed cunctos rogavit, ut sui memoriam retinerent, & manifestavit, proximam esse diem, qua ex hac vita ad Deum evocaretur. Tunc vero plerisque lacrymas non tenentibus, ingens ejulatus ex-

vit. n. 42.

Hist. Eccles. Tom. XIII. Q9 ori-

Sæculum X.
A. C. 988.

oritur, & quidam Sacerdos, Algarus nomine, postea Episcopali Dignitate ornatus, significavit, vidisse se ea die mane Angelos ad Dunstanum intrantes, qui denunciaissent, proximo Sabbato ex hoc corpore esse liberandum.

Post prandium Archiepiscopus iterum ad Ecclesiam se contulit, & locum, in quo sepeliri cuperet, designavit. Ad conclave deinde ascendente, ut sumpto cibo, sicut in æstate adsueverat, so-
mnium meridianum peteret, plurimi Patrem obsequii causa deducentes e terra in aerem extolli conspexerunt. (*) Omnibus obstupescens ipse deinde in pavimen-

(*) Auctor vitæ S. Dunstani in Act. SS. Beati Sæc. V. p. 667. postquam S. Archiepiscopi quamdam extasim retulit, adhibens figuras Rhetoricæ fingit, S. Virum in Cælo audivisse S. Dei Genitricem cecinisse in hæc verba :

Cantemus Domino, Sociæ ! cantemus honorem.

Dulcis amor Christi perfonet ore pio,
& Chorum SS. Virginum respondisse :

Primus ad ima ruit magna de luce Superbus :

Sic homo cum tumuit, primus ad ima ruit.

Unius ob meritum cuncti periere minores :

Cuncti salvantur unius ob meritum.
Sola fuit mulier, patuit qua janua leti :

Ex qua vita redit, sola fuit mulier.

vimentum rursus demissus dixit: *Vidi- Sæculum X.*
stis, quo me Deus vocet, nemo æternæ Sa- A. C. 988.
lutis spem abjiciat, qui meis vestigiis in-
sistere velit. In omnibus Dei volunta-
tem facere satagite. Non cupiatis, boni
videri, sed esse, nec timeatis mali ab ho-
minibus credi, si modo in conspectu Dei
boni sitis. Prædico vobis futurum, ut
gens Anglorum pessima & diu ab hostibus
advenis perpetiatur. At in fine miseri-
cordia Dei superabit. Dum talia loqui-
tur S. Præsul viribus se destitui sentie-
bat, tota tamen illa die & sequente Fe-
ria sexta omnes ad se venientes, patro-
cinium postulantes & Benedictionem, so-
lacio & doctrina adjuvit.

Sabbato decima nona Maji SS. My-
 steria se præsentem celebrari jussit, & ac-
 cepto Viatico in ferventissima Gratiarum
 actione expiravit. Sepultus est in Ec-
 clesia sua Cathedrali S. Salvatoris ante
 gradus, quibus ad Altare ascenditur, lo-
 co quo ipse præceperat. Luctus totius *Sæc. V.*
 populi ingens fuit, & postea sepulchrum *p. 681.*
 plurimis claruit miraculis, fidei calamo
 relatis ab Osberno Monacho, Sæculi se-
 quentis Scriptore, qui primus omnium
 S. Dunstani vitam literis consignavit.
 Ipsi S. Dunstano Literarum æque ac Di-
 sciplinæ Monasticæ in Anglia Restaura-
 tori complura Scripta tribuuntur; sed
 de paucis constat, ipso auctore in lucem
 Q 9 2 fuisse

Sæculum X. fuisse edita. Ecclesia diem qua obiit
 A.C. 989. ejusdem memoriæ sacram esse voluit.

Mart. Rom.
 19. Maji.

§. XIV.

S. Adalbertus Praga discedit.

Sup. Lib.
LVI. §. 56.
Vita n. II.
Sac. V. Act.
Ben. p. 853.

Anno sequente nongentesimo octogesimo nono S. Adalbertus Pragensis Romanam venit, Pontificem consulturus, quid sibi cum grege suo refractario agendum esset. Ex quo Episcopatum susceperat, omnibus bonum exemplum præbens cuncta solliciti & sancti Pastoris Officia impleverat. Ecclesiæ redivisus in quatuor partes divisus, ut Canones præcipiunt, primam ad reparandas & ornandas Ecclesias, secundam ad Canonicos suos, tertiam ad pauperes alendos, quartam ad suos usus impendit. In omnibus Festis eleemosinas largiter erogabat, & singulis diebus duodecim pauperes nutrebat. Lectus erat in palatio magnifice stratus; sed Episcopus in nuda humo aut super cilicium cubabat, tempus somni multo arctius noctis erat, quam propemodum totam orando transigebat. More monachorum silentium a Completorio usque ad Primam alterius diei servabat. Post Primam cunctos, qui peterent, ad conspectum admittebat, deinde laborabat suis manibus, vel sedens cum Capellanis suis sacram Scripturam legebat. Maxima erat captivorum &

ægrotorum, quos magna charitate invi- Sæculum X.
 sebat, cura, Verbum Divinum assidue A. C. 989.
 prædicabat, jam ovibus suis blandus, jam
 severus, ut Episcopum decet.

At vix ulli S. Episcopi exemplum se-
 quebantur, aut doctrinam arripiebant;
 quin plerique eo pertinacius in vitia &
 perniciem, a qua eos revocare studebat,
 ruere videbantur. Igitur Adalbertus,
 cognoscens, quod sibi magis obesset, quam
 prodesset populo, perditam gentem de-
 serere statuit, ob tria maxime peccato-
 rum genera, nempe Polygamiam, Cle-
 ricorum conjugia detestanda, & impiam
 mercaturam, qua Christiana mancipia
 Judæis venundabantur. Episcopo au-
 tem omnia ad iter Romam suscipiendum
 parante Straquazius monachus Pragam
 venit. Erat is Boleslai crudelis filius &
 Boleslai pii, tunc in Bohemia imperantis,
 frater, quem parens, ut S. Wenceslai
 cædem expiaret, S. Emmeramo Ratisbo-
 nensi tradiderat, monasticis disciplinis
 imbuendum. Tunc vero post elapsos
 complures annos Pragam veniendi facul-
 tatem ab Abbate suo acceperat, ut pa-
 triam videret, propinquos & Dueem
 fratrem salutaret; quem solum nactus
 Archiepiscopus populi sui corruptos mo-
 res vehementer deslere cœpit, scilicet
 conjugia incesta, divortia illicita, Cleri-
 corum ignaviam & pervicaciam, Proce-
 rum

n. 14.

Chron.
 Magd. ap.
 Mabill.
 p. 869.

Sæculum X. rum licentiam fastumque intolerabilem,
A. C. 989. & tandem conceptum consilium aperit
 Romam proficiscendi, ubi cum Papa con-
 sultaret, ad populum contumacem nun-
 quam rediturus.

His subjunxit: *Quam opportune & feliciter Ducis, qui hic rerum potitur, frater es! te magis quam me venerabitur populus, quem fratris tui potentia in officio continebis. Nobilitas, scientia, & Instituti Sanctitas te Episcopatu dignum faciunt. Ego lubenti animo cedo, & summis precibus Papam exorabo, ut eum tibi me vivo conferat. Ita locus Baculum pastorem, quem manu tenebat, Straquazio tradidit. Sed ille, eo in terram abjecto, indignatione animi cominotus, nec dignus ego sum, ait, nec muneri Episcopali idoneus, quia monachus, & sæculo mortuus. Cui Episcopus: Scito, frater mi, te postmodum, quod modo, cum deberes, non vis, tuo malo facturum.*

§. XV.

S. Adalbertus Romæ.

Cum Adalbertus anno nongentesimo octogesimo nono Romam pervenisset, suasit consulenti se Joannes Papa, ut potius rebellem populum desereret, quam unacum grege de propria salute periclitari vellet. Itaque animo confi-

tuit, nunquam natale solum revisere, & Sæculum X;
 reliquam vitam peregrinando consume- A.C. 989.
 re. Prima vero cura fuit pecunias, quas
 habebat, omnes in pauperes distribuere.
 Illo etiam tempore Theophania Impera-
 toris Ottonis III. tunc in solio sedentis,
 mater Romæ versabatur; quæ comper-
 to quod Episcopus Adalbertus profectio-
 nem ad urbem Jerosolymitanam cogita-
 ret, secreto ad se vocato tantam pecu-
 niæ vim donavit, ut ad eam e terra le-
 vandam Gaudentius juvenis Adalberti
 frater vix sufficeret. Volebat vero illa,
 ut Episcopus hoc auro in itinere utere-
 tur, sed ipse nocte sequente totum in ege-
 nos sparsit.

Tum famulis in Bohemiam remissis,
 vestes alienas induit, & coempto asello,
 qui sarcinas veheret, cum tribus non
 plus sociis Jerosolymam iturus, viæ se
 committit. Ad Cassinenses divertens hu-
 manissime excipitur, omnibus licet igno-
 tus. Post paucos dies, Abbas Manson,
 Aligerni Successor, cum præcipuis Mo-
 nachorum ad eum veniens jam jam di-
 scessuro dixit: *Longa profectio est,* *Chr. Cass.*
quam moliris; animus tuus, quem col- *l. II. c. 17.*
ligi oporteret, in plurima & diversissi-
ma distrabetur. Nam bonum est homini
mundum fugere, sed non quotidie sedem
mutare. Crede nobis, imo præceptis a
Patribus nostris traditis morem gere, &

Sæculum X. *in uno Monasterio commorare.* S. Adalbertus hanc doctrinam, velut e caelo proficisceretur, suscipiens, in monte Casino versari & reliquum vitæ tempus consumere statuit.

S. Adalbertus Monachus.

At ecce, quadam die aliquis ex Senioribus monasterii, Adalberti quidem amantissimus sed parum prudens, *Pater mi, inquit, optimum profecto consilium amplecteris, si hic Vestem monasticam induis, & apud nos sedem figis, cum enim Episcopus sis, Ecclesias nostras consecrabis, & ordinabis Clericos Domesticos.* Adalbertus intelligens se proditum, illico ad Monasterium Valleluciense se confert, a S. Nilo consilium petiturus, quid sibi agendum censeret. Illico cognovit S. Nilus, Adalbertum Spiritu Dei agi, atque postea dicere auditus est, nunquam se in hominem incidisse, qui ferventiore in Deum amore arsisset, quam hic juvenis. Tunc vero respondit: *Lubertissime te, fili mi, in Congregationem meam susciperem, nisi præviderem, id nobis nociturum, tibi autem profuturum nihil. Barba mea & habitus indicant, Græcum hominem te videre & advenam. Locus, in quo degimus, ad ditionem illorum pertinet, quos tu fugis, si te recepto, ejicient me, dolebisque, te male receptaculum delegisse. Sed magis e re tua facies, si Romam redeas, & meo nomine Leonem*

Leonem Abbatem salutes. Eum data E- Sæculam X.
pistola rogabo, ut te in monasterio suo re- A. C. 989.
tineat, vel certe ad Abbatem S. Sabæ di-
rigat.

Adalbertus Romam reversus, cum comperisset Leonis Abbatis Monasterium vocari ad S. Alexium, eum virum adiit. Ille ut Spiritum probaret, primo, quod petebat, abrupte negavit, & dura ingessit; tum vero perseverantem ad Papam deduxit, absque ejus consensu & consilio Cardinalium nihil acturus. Tandem in Cœna Domini anno 990. nesciens, quem susciperet, Novitio suo Sacramentum vestem tradidit. Duo ex sociis ejus, videntes quod Monachum indueret, discesserunt. Solus Gaudentius ipse frater ei inhæsit, & cum ipso monasticum Institutum professus est. Adalbertus vero obedientiæ & humilitatis studiosissimus vilissima ministeria in monasterio ambiebat.

Chro. Magd.
MS. ap.
Mabill.

§. XVI.

Libentius Archiepiscopus Bremensis.

Adaldago Archiepiscopo Bremensi anno nongentesimo octogesimo octavo, Indictione prima, vigesima octava Aprilis, postquam annos quinquaginta tres Episcopatum gessisset, fatis functo successerat Libentius, vir Doctrina & omni virtutum genere ornatissimus. Is ex

Act. SS. Be.
Sæc. VI. ex
Ada. lib. II.
c. 19.

Q 9 5

Ita-

Sæculum X.
A. C. 989.

Italia cum Episcopo Adaldago & Benedicto V. Papa, cum in Saxoniam relegeretur, venerat, eoque meliorem neminem Adaldagus habuit, cui Diœcesis Hamburgensis Regimen committeret. Libentius itaque Pallium a Joanne Papa XV. & Baculum Episcopalem ab Otone III. Imperatore accepit, Archiepiscoporum Bremensium primus, a Suffraganeis suis consecratus; nam eo usque Bremensem Præsulem Archiepiscopus Moguntinus ordinaverat. Sed postquam Adaldagus ab Agapito Papa potestatem Episcopos in Dania aliisque provinciis Septentrionalibus ordinandi obtinuit, ejus Successores ab Episcopis sibi subjectis consecrati fuere.

Adam. c. 50.
51. Mabill.
p. 128.

Porro Libentium corrupto nomine etiam *Lievizo* dictum legimus, ut conjectura est, quia Barbari ejus nomen hoc modo eloquebantur. Castitatis amatissimus raro feminas in conspectum admittebat, jejunandi consuetudinem pallor prodebat, cumque in claustro versaretur, humilitatis studiosissimus vix ab aliis monachis discerni poterat. Nam Monachi Ecclesiæ Bremensi, sicut etiam ceteris a se fundatis, serviebant. Ecclesiæ suæ redditibus contentus, ad Regiam vix unquam proficiscebatur, nec ullis precibus Principem fatigabat. Quiete in domo sua versabatur, Diœcesi suæ regendæ,

gendæ, & lucro animarum unice inten- Sæculum X.
A. C. 989.
tus. Omnes Congregationes sibi subje-
ctas ad servandam exacte Disciplinam
compellebat. Ipse hospitum & ægro-
tantium curam gerebat, iisque suis ma-
nibus ministrabat, quamvis Hospitii re-
gimen nepoti suo Libentio commisisset.
Quamdiu regiones illæ pacatæ fuerunt,
sæpe populos ultra Albim positos invisit,
& munus prædicandi Paganis fideliter
implevit.

Inter hæc Suenoni Daniæ Regi, Chri-
stianos dire persequenti, Libentius Archi-
episcopus sæpe Legatos mittebat dona
ferentes, quibus feram viri indolem mol-
liret. Sed ille nulla ratione exorari po-
tuit. Cum vero haud multum tempo-
ris effluxisset, bellum Sclavis inferens,
bis ab hostibus capitur, & ad eorum Se-
des abstrahitur; bisque a Danis data
pecunia redimitur. Exinde Hericus Hericus Rex
Sueciæ &
Daniæ.
Rex Sueciæ innumerabili pene exercitu
in Daniam ducto, Suenonem etiam pu-
gna navali superavit, qui victus & Re-
gno exutus vitam fugiendo servavit.
Malam sortem Paricidii & Persecutionis,
qua Christianos vexaverat, pœnam a
Numine immiffam omnes crediderunt.

Herico itaque in utroque Regno Sue- Sup. Lib.
LVI. S. 54.
ciæ & Daniæ rerum potito, Poppo Epi-
scopus Sleswicensis ad eum, nomine Im-
peratoris & Archiepiscopi Hamburgensis,
fis,

Sæculum X. A. C. 989. sis, Legatus mittitur, de pace acturus. Erat Poppo vir Sanctitate clarus, qui, cum Barbari, ut solebant, miraculum petissent, incunctatus ferrum candens arripuisse & illæsus permansisse dicitur. Quin, ut persuaderet Infidelibus, fraudem abesse, tunicam totam cera obductam induit, cui stans in medio populi ignem admoveri iussit. Tum levatis in cœlum oculis manibusque eandem flammis penitus consumi passus est, hilari vultu affirmans, ne quidem fumum sibi molestum accidisse. Hoc prodigio complura millia Infidelium ad Christum conversa, & exinde Popponis nomen inter Danos celeberrimum fuit.

Præterea illustrissimus Fidei Prædicator in Dania extitit Odincarus Senior, qui in Finonia, Zeelandia, Scania & Suecia multos Infideles convertit. Odincarus junior, ejus nepos & Discipulus, ex Regio Daniæ sanguine ortus, cum plurima latifundia possideret, de suo patrimonio Episcopatum Rypensem in Jutia fundavit. Eum Bremæ literis operam dantem Adaldagus Archiepiscopus sua manu baptizavit, Libentius deinde ipsius Successor Episcopum ordinavit, ad convertendos gentiles destinatum. Unde Odincarus Ripæ Cathedram suam erexit. Ob singularem vitæ Sanctitatem Deo & hominibus carus Religionem in Dania propa-

propagavit. Alii sub idem ferme tem- Sæculum X.
 pus Evangelii Prædicatores in Norwe- A. C. 989.
 giam delati, multos ad Sacra Christiana
 perduxerunt.

§. XVII.

Russi convertuntur.

Illa etiam tempestate, nempe circa an- Voy d' Olear
 num nongentesimum octogesimum p. 136. Cedr.
 nonum, ad Fidem conversus creditur 699. C. 719.
Vladimer seu Wolodomirus, Russorum Ditm. lib. 7.
 Princeps, primus Sacris Christianis im-
 butus. Is connubio sibi junxit Annam,
 Basilii & Constantini Imperatorum so-
 rem, quam Ditmarus Helenam vocat,
 & dicit, Wolodomirum conjugis suæ
 hortatu fidem suscepisse, sed mores fidei
 haud consensisse, non enim ideo minus
 in amorem feminarum effusum fuisse,
 nec minus quam antea in suos sævum.

Ceterum tres habuit filios, quorum
 unus filiam Boleslai Ducis Poloniæ uxo-
 rem accepit. Porro puellam nuptu-
 ram jubente Duce in Russiam co-
 mitatus est vir Sanctus, nomine *Reinbern*,
 Episcopus Colbergensis in Pomerania,
 tam virtutibus, quam Doctrina insignis,
 qui Idolorum templa incendit, atque ut
 superstitionem, qua mare Dæmonibus
 fuerat consecratum, aboleret, aquam be-
 nedictam, lapidesque quatuor, a se Chris-
 mate

Sæculum X. A. C. 989. mate (*) Sacro inunctos, iniecit. Rigidam servabat abstinenciam, multum vigilabat, silentii amantissimus. Verum cum ad Wolodomirum delatum fuisset, filium suum, stimulatam a Boleslao Socero suo, Duce Poloniae, seditionem moliri, eum custodiae tradi iussit cum Principe conjugē, & Reinbern Episcopo, qui in carcere orationi continuo intentus obiit.

Rex Wolodomirus magnis elemosynis peccata sua redimere conatus, cum ad ultimam senectutem pervenisset, mortem oppetiit. Sepultus est Kioviae, amplissima civitate, in Ecclesia S. Clementis prope Conjugis suae corpus, tumba in medio Ecclesiae elevata. Moscovitae seu *Epheme. ap. Boll. to. 12.* Russi hunc Principem Sanctis suis annuerant, Gentis suae Apostolum venerantur, ejusque memoriam decima quinta Julii colunt. Quamvis enim Fidei Christianae praedicatione ad Russos saeculo superiore, Ignatio Patriarcha Sedem Constantinopolitanam tenente, pervenisset, nihilominus ab his populis circa annum nongentesimum quadragesimum barbare *Sup. lib. X. §. 56. l. II.* in Christianos saevitum fuisse legimus, *§. 19. Cedr. p. 630.* praesertim in Presbyteros, quorum capita clavis perfodiebant. Inde est, quod Christianae Religionis origo & totius Gentis con-

(*) Nempe, ut sic Jesu Christo, qui vere est Unctus Domini, restitueretur.

conversio non altius quam a regno Wo- Sæculum X.
 lodomiri sub finem Sæculi X. repetatur. A. C. 989.
 Ceterum Russi in officiis Divinis Ritum
 Græcorum semper servarunt. (*)

§. XVIII.

(*) Constat Russos tam anno 961. quam sub finem hujus Sæculi X. a Prædicatoribus in Communione Ecclesiæ Romanæ existentibus Fidem Christi accepisse, & postea, cum Græcorum Ritu uterentur, etiam funesto Schismate fuisse involutos. Præsentem vero Ecclesiæ in Russia seu Moscovia faciem cognoscere licet ex Libello anno 1717. Petro I. Moscovitarum Cæsari, cum Parisiis versaretur, a Doctoribus Sorbonicis, de reconcilianda Ecclesia Russorum cum Romano-Latina, præsentato, quem R. P. Desing ex Libro: *Das veränderte Rußland*, in sua Auxil. Hist. Tom. IV. inseruit, ubi hæc leguntur: *Profitetur nobiscum Ecclesia Ruthena (Russorum) Supremæ Dei Majestatis unitatem & trium Sanctissimæ Trinitatis Personarum consubstantialitatem, atque veterum juxta ac recentiorum Ariarum Blasphemias averfatur Profitetur nobiscum instituta a Christo in Ecclesia septem Sacramenta, panem & vinum in Altaris incruento Sacrificio substantialiter converti in Corpus & Sanguinem Christi, & in Eucharistiâ realiter præsentis Christo Domino supremum Latræ cultum impendit. Colit nobiscum & invocat Beatissimam Virginem Deiparam, Sanctosque Et quidem ad infausta usque Cæularii (Patriarchæ Constantinopolitani anno 1042.) tempora pacem & concordiam, diversæ quam-*

Sæculum X.
A. C. 989.

§. XVIII.

Hugo Capetus Rex Franciæ.

Chro. Alber.
986. 987.

In Francia intra paucos annos ingens rerum vicissitudo successerat. Rex Lotharius secunda die Martii anno nongentesimo octogesimo sexto, ætatis quadragesimo quinto, postquam ab obitu parentis sui annis triginta & uno regnasset, ex hac vita decedens, Successorem

quamvis obsequens *Disciplinæ*, Oriens Occidentemque servabat.... Nihil igitur obstabit, quo minus suam sibi quoque servare possit *Ecclesia Ruthena Disciplinam*, adeoque in pane fermentato offerre, dummodo contrariam praxin non improbet.... *Præcipuæ* tamen hac in parte difficultates evanescent, si sublatis ambagibus res ipsa dilucide & concise proponatur. Docemus imprimis *Episcopos jure Divino Successores esse Apostolorum & Christi Vicarios: Romanumque Pontificem, qui legitimus est S. Petri Successor, jure itidem Divino primum Episcoporum esse ac primum Christi Vicarium, eoque nomine unitatis centrum ac Communionis visibile vinculum: ex quo habet Apostolica ejus Sedes potentio-rem Principalitatem, ut loquitur S. Irenæus, quam quælibet alia singulatim Sedes...* Quid demum obesset, quo minus *Russi cum Latinis in concordiam adducerentur?* num illorum de processione *Spiritus S. sententia?*... primum quidem profitetur *Ecclesia Ruthena Spiritum*

rem reliquit Ludovicum filium, annos ^{Sæculum X.} ferme octodecim natum, qui post quin- ^{A. C. 989.}decim mensium Regnum secunda Junii anno nongentesimo octogesimo septimo improlis obiit. Eum Ludovicum inertem dixerunt, quod nihil memoratu dignum gesserit. Superstes vero erat Ludovici patruus, nomine Carolus, Ludovici Ultramarini filius, ad quem Regnum Franciæ jure sanguinis & ^{Chro. Vird.}hæreditatis spectabat. Sed invisum se ^{p. 137.}fece-

ritum S. procedere a Patre per Filium; Latina vero Spiritum Sanctum a Patre & Filio procedere. Extat hæc utraque loquendi ratio apud Sanctos Patres, quorum Auctoritatem Ecclesia utraque reveretur. Observant SS, Basilus M. & c. Gregorius Theologus, unum quid & idem sonare ista duo & sic DE & PER unde prædictas locutiones in eandem plane sententiam concurrere docent insigniores Theologi. In prima pagina hujus Libelli legitur: Quibus responsum (nempe Doctoribus Sorbonæ) dedit humanissimus Imperator, intercedere quidem inter utramque Ecclesiam aliquot dissensionis capita, quorum duo indicavit: suum vero non esse lites istas componere, ut qui homo sit studiis rei militaris, variisque regni regendi occupationibus deditus. Ceterum si cum Ecclesiæ suæ Episcopis rem scripto conferre voluerint Doctores Sorbonici, facturum se auctoritate sua, ut illos ad rescribendum adducat.

Sed nihil factum.

Hist. Eccles. Tom. XIII. R r

Sæculum X. fecerat Optimatibus, quod relicta Fran-
A. C. 988. cia Ottoni Imperatori ab obsequiis esset.

Sup. l. LIV. Itaque Regem salutant Hugonem Cape-
§. 17. tum, Comitem Parisiensem, Hugonis Ma-
 gni filium, nepotem Roberti, qui Caroli
 Simplicis ætate regnaverat, & Roberti
 Fortis pronepotem. Ita in Francia Stirps
 Regum secunda imperare desiit, & ter-
 tia Solium conscendit, quod hodieque
 obtinet. (*) Hugo Capetus annos vi-
 tæ circiter quadraginta septem numera-
 bat, cum Novioduni Rex electus, atque
 Remis tertia Julii anno 987. ab Adal-
 berone Archiepiscopo consecratus est.
 Regnavit vero annis decem. Prima Ja-
 nuarii anno sequente 988. Filium quo-
 que suum Robertum, octodecim anno-
 rum juvenem, coronari jussit, quo ei Re-
 gnum assereret.

§. XIX.

(*) Unde inter omnes Regales Familias in Eu-
 ropa Reges Franciæ antiquitatis prærogativa gau-
 dent. Ceterum si Franci ad jus sanguinis respi-
 cere voluissent, haud dubie ad Carolum Regis
 Lotharii Fratrem Successio spectabat. Sed nem-
 pe totius Nationis consensu Caroli Magni poste-
 ri, primum a Germanis & deinde a Francs Oe-
 cidentalibus Regno exuti sunt, eo modo, quo
 Pipinus Caroli Magni parens, Reges ex linea Me-
 rovingica originem ducentes, deturbaverat.
 Fleur. Lib. XLIII. §. I.

§. XIX.

Sæculum X.
A. C. 989.

Arnulphus Archiepiscopus Remensis.

Lotharius Rex ex amica filium natura-
lem genuerat nomine Arnulphum, tunc
cum Pater moreretur, Clericis Ecclesiæ
Laudunensis adscriptum. Hic princeps
indignatus, quod Hugoni Capeto regnum
obtigisset, revocato in Franciam Caro-
lo, patruo suo, civitatem Laudunensem
ejusque Episcopum Adalberonem prodi-
dit. Quamobrem in Synodo Episcopo-
rum Galliæ condemnatus est. Sed ecce,
Episcopus Laudunensis e carcere fuga
evadens ad Hugonem se confert, eique Ar-
nulphum reconciliat, cui Rex, ut rebellem
sibi devinciret, Archipræsulatum Remen-
sem, Adalberonis Archiepiscopi obitu
vacantem, contulit. Ceterum Arnulphus
secundum Canonum præscriptum electus
est ab Episcopis illius provinciæ, Clericis
populoque Metropolitanæ congregatis,
Hugone & Roberto Regibus consentien-
tibus, quibus, datis literis, fidem ju-
ravit.

Chro. Virg.
p. 137.

tom. 9. Conc.
p. 734.
Gerbert.
ep. 1.

Verum, non multo post tempore Ca-
rolus Princeps, quodam Presbytero, cui
nomen Adalgerus, civitatem prodente,
Remos capit ipsumque Arnulphum,
quem cum patruo colluisse, & volentem
fuisse custodiæ traditum, plerique suspi-
cati sunt. Ille, ut se purgaret, Excom-
muni-

to. 9. p. 735.

R r 2

muni-

Sæculum X.
A.C. 989.

municationis Decreto in lucem edito diris omnibus illos devovit, qui Ecclesiam & civitatem Remensem diripuerant, donec ablata restituerent. Episcopi quoque Provinciæ Remensis, exemplum secuti, Silvanecti Synodice congregati Decretum condiderunt, quo Ecclesiæ Cathedralis Remensis & Laudunensis interdicebantur, nam & ista spoliata atque Episcopus male affectus fuerat. Nominatim vero anathema dixerunt Adalgero Presbytero, proditoris Auctoribus & Consciis, donec ad pœnitentiam adducerentur. Hanc sententiam aliis deinde aliarum provinciarum Episcopis trans miserunt.

At Adalbero Episcopus Laudunensis mira vicissitudine hanc civitatem, Ducem Carolum, & Archiepiscopum Arnulphum, qui in ea munimenta se receperant, in potestatem Regis Hugonis tradidit. Tunc vero Hugo efficere constituit, ut in Arnulphum ab Episcopis provinciæ canonicè sententia pronuncietur. Cumque sciret, Hebertum III. Comitem Veromanduensem legatos Romanam misisse, qui causam Arnulphi agerent, ipse quoque mense Aug. anno 990. nuncios cum mandatis eo delegavit. Ad Hebertum vero ideo hæc causa pertinebat, quia Dux Carolus Agnetem ipsius propinquam in matrimonium acceperat.

Conc. Rom.
c. 27. tom. 9.
Conc. p. 737.

rat. (*) Igitur Rex Hugo datis ad Pon-
 tificem Maximum literis de perfidia Ar-
 nulphi querelas movet. *Is violato sa-*
cramento, inquit, quo se mihi obstrinxit,
quodque Nobiles & cives mihi præstare
compulit, hostibus portas aperuit, cujus
rei certissimi testes sunt, Clericosque &
populum sibi commissum latrociniis & ca-
ptivitati objecit. Quod si, ut videri vult,
invitus captus est, cur cives & milites da-
tam fidem violare cogit? cur arma con-
tra nos comparat; cur urbem atque arces
munit? si captivus est, cur non patitur
se liberari? si liber, redeat ad Regiam
meam, quo vocatur. Invitatur ab Epi-
scopis Collegis suis, & respondet, quod ni-
hil ipsis debeat. Tu ergo, qui vices Apo-
stolorum geris, decerne, quid de altero hoc
Juda fieri oporteat, ne forte tuo silentio
offensi & justo dolore impulsæ, urbis exci-
dium, totiusque provinciæ moliamur in-
cendium.

Episcopi Provinciæ Remensis quoque
 data ad Papam epistola, jubente ut con-
 jicere est Rege, excusabant, quod longe
 positi & multitudine tyrannorum oppres-

R r 3 si,

(*) Hunc Carolum neutiquam libere renun-
 ciasse juri suo, sed avitum regnum sibi vindicare
 omnibus viribus conatum fuisse, exploratum
 est. Ceterum filium habuit nomine Ludovicum
 in quo Stirps Carolina extincta est.

Sæculum X.
 A. C. 990.

Sæculum X. si, non maturius de calamitatibus Eccle-
 A. C. 990. siæ suæ ad Sedem Romanam perscrip-
 sent. Tum de Arnulpho Archiepiscopo
 p. 738. dicunt: *Qui, filius quondam Ecclesiæ Lau-
 dunensis, ejusdem Episcopum perfide cir-
 cumvenit, & civitatem invasit. Pro-
 prium deinde Ecclesiam Remensem cum
 Clericis & populo captivitati addixit.
 Non eum movet nostra invitatio, non Ar-
 chiepiscoporum Fratrum suorum admoni-
 tio, non quod ipse præstitit, juramentum.
 Ipsius vitio complures Ecclesiæ Pastoribus
 suis sunt destitutæ, innumerabiles populi
 sine Episcopali consecratione & benedi-
 ctione pereunt. Condemna ergo, Sancte
 Pater, quem tota Ecclesia condemnavit.
 Tua nobis Auctoritas in Apostatae hujus
 dejectione, & in novi Archiepiscopi Ele-
 ctione suffragetur. Ex hac epistola co-
 gnoscimus, non petiisse Episcopos, ut
 Papa causam hanc Romæ, ubi nec Actor,
 nec Reus erant, judicaret, sed eam in
 ipsis locis secundum Canones finiri per-
 mitteret.*

§. XX.

Initia Gerberti.

Nullius in his turbis majores partes fue-
 re quam Gerberti Abbatis, qui se in
 Archiepiscopatu Remensi Successorem ab
 Gerbert. ep. Adalberone designatum dicebat. Is humi-
 152. Chron. Viri. p. 137. li loco in Aquitania, id est, Alvernia na-
 tus,

tus, & in Monasterio S. Geraldii Auriliaci educatus, Raymundum, postmodum illius loci Abbatem, Magistrum nactus est. Primis Grammaticæ elementis imbutum, Geraldus S. Sereni, Abbas Auriliacensis numero quintus ad Borelum, Comitem Barcinonensem misit, a quo cuidam Episcopo, Nomine Haitoni, traditus studiis Mathematicis egregiam operam navavit. Tum Episcopum & Comitem Borelum Romam proficiscentes secutus sæpius in conspectum Ottonis Imperatoris pervenit. Cum inde ab Archiepiscopo Adalberone, tunc in Italia versante, Remos fuisset deductus, rursusque anno sequenti Romam ambo petentes in itinere Imperatorem Ticini habuissent, in cujus Regia Otricus, illa ætate scientiæ fama inter Saxones celeberrimus, commorabatur, ipse & Gerbertus cum compluribus aliis viris eruditis, jubente & præsentate Imperatore doctum de diversarum scientiarum materia colloquium instituerunt.

Sæculum X.
A. C. 990.
Gl. 1. c. 4.
Chro. Auril.
to. 2. Anal.
p. 241.

Sup. l. LVI.
§. 55.

Otto II. Imperator Gerberto celebrem Abbatiam Bobiensem, a S. Columbano fundatam, contulit, quam Donationem, a Clericis populoque approbatam, confirmarunt Episcopi & Pontifex, qui eum Benedictione Abbatiali consecravit. Sed ea Dignitate auctus indoluit, quod amplissima Monasterii Bona-

Sup. lib.
XXXVII.
§. 8.
Gerb. ep. 23.
Ep. 14. Ep.
1. 2. 3. 4.

R r 4 partim

Sæculum X. partim Principum indulgentia, partim
A. C. 990. Optimatum vicinorum invasione usque

ep. 5.

adeo essent distracta, ut monachi ad mendicitatem redigerentur. In suis epistolis Gerbertus præter alios de Petro Episcopo Papiensi conqueritur, quod Abbatem Bobiensem apud Imperatorem (nam Cancellarii munere fungebatur) laudibus extolleret, dum interim ejusdem Abbatie prædia diriperet. Postea vero, cum

ep. 14. 23.

idem Episcopus ad Dignitatem Papalem fuisset eVectus, Joannes XIV. dictus, Gerbertus nihilominus oblato libello querelas movit.

Gerbertus in
 Francia.

ep. 9. bis.

Ottone II. fatis functo, cum Dominum non haberet Italia, & Gerbertus intelligeret, vel pluribus modicis tyrannis turpi servitute parendum esse, vel contrahendum militem, muniendas urbes, denique arma armis & bellum bello depellendum, jure Abbatiali sibi reservato, illam Regionem & maximam suppellectilis suæ partem reliquit, Remos in Franciam ad Archiepiscopum Adalberonem

ep. 20. 33. 42.

se recepturus. Quo ubi pervenit, nunquam non Ottonis III. Imperatoris, Matris ipsius Theophaniæ & Avix Adelheidis partibus favit, & Archiepiscopum adjuvit, causam juvenis Imperatoris contra Henrici Ducis Bavariæ, & Lotharii Regis Franciæ molimina defendentem;

id

id enim ex epistolis, quas tum suo, tum Sæculum X.
A. C. 990.
Adalberonis nomine, Norgero Episcopo
Leodiensi, Theodorico Episcopo Meten-
si, Ecberto Archiepiscopo Trevirensi,
Willegiso Archiepiscopo Moguntino,
aliisque scripsit, dispicimus.

Tot negotiis occupatus Gerbertus
nihilominus scientias strenue excolebat.
Scholæ Remensi præerat, atque Rober-
tum juvenem, postea Regem, Hugonis
Capeti filium, a matre sua, ut tanto Ma-
gistro uteretur, missum inter Discipulos
suos numeravit. Libros, unde unde pos-
set, colligebat, ut tandem Bibliothecam
compararet. Romæ, in tota Italia, in
Germania, & Belgio, ubi tunc degebat,
multum auri profundebat in Scriptores
librorum, & ope amicorum suorum
exemplaria optimorum Auctorum coe-
mebat. Illi vero, quos in suis epistolis
nominat, sunt Plinius, Eugraphius, Ju-
lius Cæsar, Suetonius, Q. Aurelius, Ci-
cero, Victorinus Rhetor, Statius, Clau-
dianus, Dialectica & Astrologia Boetii,
Manilius, Hispanus aliquis nomine Jose-
phus, qui de Arithmetica scripserat, qui-
dam Medicus nomine Demosthenes, qui
de morbis oculorum elucubrations edid-
erat. Ipse librum de arte bene dicen-
di scripserat, & suis manibus sphæras
confecerat, quas tanquam opera prorsus

*Helgald. vit.**Rob. init.**Ed. 24. 44.**72.**Ep. 7. 4. 8.**17. 25. 40.**96. 113. 130.**148.**ep. 92.**ep. 134.**17, bis.*

Sæculum X. singularia dilaudat. Medicinam quoque
 A. C. 990. non ignorabat.

- Inter Gerberti Epistolas occurrit aliqua, nomine Archiepiscopi Adalberonis ad Imperatricem data, in qua illa rogatur Gerberto exploratæ fidei seruo suo Episcopatum, qui forte vacaverit, conferre. Unde intelligimus, Gerbertum altiora cogitasse. In alia autem epistola affirmare non dubitat, se ab Adalberone, consentientibus omnibus Clericis, omnibus Episcopis, & non nullis Vassallis, Successorem ipsius fuisse nominatum. Nihilominus se se partibus Arnulphi ad dicit, cujus nomine scriptas a Gerberto literas aliquot habemus. Causæ Ducis Caroli patruj ejus favere videbatur, auditus dicere, ipsum, Lotharii Regis legitimum hæredem, ab avito regno summa injuria pelli. Quin etiam, communicatis cum Arnulpho consiliis, Carolo civitatem Remensem tradidit. Sed postea eum facti pœnitentia subiit; nam publice Arnulphi amicitiam abjecit, data epistola professus, se jam alteri Domino, nempe Hugoni Capeto, fidem dare, & velle, ut salvum sit sibi jus suum in suppellectilem & domos, quas in urbe Remensi ædificaverat. Unde etiam non nullæ epistolæ a Gerberto nomine Regis Hugonis scriptæ extant. Talis erat Abbas
- ep. 117.*
- ep. al. 2. 3.*
- ep. 10.*
- ep. 13. 18.*
- ep. 24.*
- ep. 107. 111. 119.*

bas Gerbertus, quem ad supremas Eccle- Sæculum X.
sæ Dignitates evehi videbimus. (*) A. C. 991.

§. XXI.

Concilium Remense.

Idem Gerbertus Historiam Concilii Re- *Edit. Fran-*
mensis, in causa Arnulphi Archiepisco- *cof. 1600.*

pi anno nongentesimo nonagesimo pri-
mo, Indictione quarta, anno Regum Hu-
gonis & Roberti quinto celebrati, scripsit.
Aderant Episcopi sex e provincia Re-
mensi, videlicet, Guido Sueffionensis,
Adalbero Laudunensis, Herveus Belo-
vacensis, Gotesmannus Ambianensis,
Ratbodus Noviodunensis, Odo Silvane-
ctensis. Ex provincia Bituricensi, Dai-
bertus Archiepiscopus. Ex provincia
Lugdunensi Gualterus Episcopus Augu-
stodunensis, Bruno Lingonensis, Milo
Matisconensis. Ex provincia Senonen-
si, Seguinus Archiepiscopus, Arnulphus
Episcopus Aurelianensis & Hebertus An-
tiffiodorensis, Episcopi universim trede-
cim.

Daibertus seu Dabertus, anno non- *Patriarch.*
gentesimo octogesimo septimo Archi- *Bitur. c. 56.*
præfulatum Bituricensem consecutus, il-
lam Sedem annis viginti quinque tenuit;
eum-

(*) Hic prævie notandum, Gerbertum postea
ad Pontificatum Romanum pervenisse, accepto
Silvestri II. nomine.

Sæculum X. eumque Scientia & virtus commenda-
 A. C. 991. runt. Ipso sedente complures Ecclesiæ,
 quondam monasteria a proceribus occu-
 pata & collapsa, restitutæ sunt, atque in
 Capitula Canonorum Sæcularium, qua-
 lia sunt S. Ursini, S. Ambrosii, S. Petri
 vulgo *le Pueillier* & S. Mariæ *de Sales*,
 conversæ.

Bruno Episcopus Lingonensis, Renau-
 di Comitum Ruciensis & Albradæ Lo-
 tharii Regis Franciæ Sororis filius, Cle-
 ricus Ecclesiæ Remensis adscriptus erat,
 quando Rex patruus ei Episcopatum Lin-
 gonensem contulit. A Burchardo Ar-
 chiepiscopo Lugdunensi anno nongen-
 tesimo octogesimo primo consecratus
 omnibus Boni Pastoris officiis gnaviter
 defunctus est. Præprimis restaurandis mo-
 nasteriis intentus, hanc Ecclesiam annis
 triginta quinque rexit.

Hebertus Episcopus Antiffiodorensis,
 Regis Hugonis frater, Ducis Hugonis
 Magni filius, ex stupri consuetudine cum
 amica Raingarde genitus, more Princi-
 pum vitam ducebat, venationi ceteris-
 que voluptatibus deditus. In Ditione
 Ecclesiæ suæ duo condidit munimenta,
 unde multæ in posteros calamitates flu-
 xere. Ceterum compluribus beneficiis
 Clericos, & majoribus Monachos cumu-
 lavit. Ecclesiæ vero Antiffiodorensi an-
 nis viginti quinque præfuit.

Con-

Concilio Remensi Abbates quoque complures interfuere. Seguini vero Archiepiscopi Senonensis ætati datum, ut toti conventui præesset, & Arnulpho Episcopo Aurelianensi, qui Episcoporum Galliæ doctissimus & eloquentissimus habebatur, commissum, ut agenda omnia in Concilio dirigeret, & proferenda exponeret. Nempe Concilii promotor constitutus est. Locus Sessioni delectus est Ecclesia Monasterii S. Bassoli, quatuor Leucis ab urbe Remensi positi, & dies decima septima Junii fixa. Perlectis libellis Episcoporum se excusantium, quod ad Concilium ire non possent, Arnulphus Episcopus Aurelianensis omnes hortari cœpit, ut depositis pravis affectibus, libere tamen, agerent. Tum causam in hac Synodo pertractandam exposuit in hunc modum: *Solicito animo mihi perpendenti, qua potissimum ratione Ecclesiæ meæ pax reduceretur, insolens nuncium affertur, nobilissimam urbem Remensem quorundam proditione fuisse captam, & grassatores ne rebus Sacris quidem pepercisse. Arnulphus Archiepiscopus, cujus fuisset civitatem custodire, tantæ cladis auctor dicebatur; unde non nulli ad omnes Episcopos pertinere probrum affirmare audebant. Hodie vero cum Serenissimi & Zelosissimi Regis Hugonis, Domini nostri, nutu congregati simus, accurate inquiramus,*

Sæculum X.
A. C. 990.

Arnulphus
Aurelianen-
sis.
Conc. Rem.
l. 2.

Sæculum X. *mus, an Arnulphus Frater noster objecta*
A. C. 991. *sibi facinora, inprimis crimen læsæ Maje-*
statis, diluere possit. Quippe unius pro-
ditionis infamia omnes involvimur. Si
Episcoporum Ordo venerabilis, inquit
adversarii nostri, justis legibus regitur,
si Regi suo fidem servat, cur a viro exi-
tialis flagitii reo pœnas non exigit? hæc
lege scilicet Episcopi vivere cupiunt, ut
a cunctis legibus, quibus ceteri homines
subjiciuntur, ipsi exempti sint. Absit,
Fratres, absit a nobis nocens licentia! ne-
minem contra leges defendamus, vel da-
mnemus. Audiamus viros optime con-
scios eorum, quæ facta sunt, aut quevelas
afferre volentes. Audiamus Partem
utramque & deinde secundum Canones ju-
dicemus.

c. 3.

Sup. lib.
 XXXVII.
 §. 49.

Tunc vero Seguinus Archiepiscopus
 Senonensis dixit: *Non patiar causam*
Episcopi, læsæ Majestatis accusati, prius
discuti, quam fides detur, fore, ut suppli-
cio eximatur, si convictus fuerit. Simul-
que Canonem trigesimum primum quart-
ti Concilii Toletani legi jussit, in quo
sub pœna Depositionis Episcopis probi-
betur, ne ex mandato Principis de cri-
mine læsæ Majestatis cognoscant, nisi vi-
tæ gratiam promittat. Daibertus Ar-
chiepiscopus Bituricensis idem cum Se-
guino sentiebat. Sed Herveus Episco-
pus Belovacensis dixit: Cavete, Fratres,
ne

ne Saculares, inde occasione arrepta, *Ju-* Sæculum X.
dicia Ecclesiastica antevertant, & nos ad A.C. 991.
sua tribunalia trabant, nunquam enim
crimina relinqui impunita ferent. ()*

§. XXII.

Querelæ contra Arnulphum Archiepi-
scopum motæ.

Bruno Episcopus Lingonensis dixit: *Ne-*
minem magis quam me hæc causa tan-
git, neminem magis ludibrio dignum
omnes existimant. Exprobrant, me im-
pellente Arnulphum in præcipitium fuisse
dejectum, cum me pro ipso, probis omni-
bus rem mihi frustra dissuadentibus, va-
dem obtuli. Nempe movebar beneficiis a
Rege Lothario acceptis, sanguinis etiam
propinquitate movebar. Quamobrem li-
cet certissime scirem, Arnulpho Duce Lau-
dunensem civitatem fuisse occupatam, eun-
demque tantæ audaciæ factionis auctorem
esse,

(*) Rarissima exempla Historia tradit; Episco-
 pos a Regibus Romano Catholicis ultimo suppli-
 cio fuisse affectos. Si forte illud excipias, cum
 Rex Franciæ Henricus III. anno 1588. omnia le-
 gitimi Judicii via Ludovicum Guisium, Cardi-
 nalem Lotharingiæ, trucidari jussit. P. Des. Aux.
 Hist. tom II. Atque illud Martinusii Episcopi
 Waradinensis & Cardinalis jussu Regis Ferdinan-
 di I. anno 1551. in Hungaria per insidias inter-
 fecti. Thuan. hist. lib. 9. Fleur. tom. XXX.

Sæculum X. *esse, nihilominus seditiosum, si meo suffragio in istam Dignitatem* (nempe in Remensem Archipræsulatum) *assereretur, ad officium revocari posse speravi. Sed percipite, quanta mihi pro acceptis beneficiis mala reddiderit. Cum se captivum simulavit, in veram captivitatem coniecit Gilbertum fratrem meum unicum. Guidonem agnatum, aliosque, quorum amicitiam bonori mihi ducebam. Me ipsum in extremum mortis periculum adduxit, jamque impudenter negat, quod nemo nescit. Exploratissimum est, quod presentibus Episcopis, Clericis & populo Sacramento se obstrinxerit, se Regibus contra Carolum omnibus viribus serviturum, nec ope, nec consilio eorum inimicos adjuturum, nec istud juramentum, ob quodcunque aliud, a se prius alteri præstitum, violaturum.* *c. 6.* *An vero hostis Regum non erat Carolus, qui Regnum invadere conabatur? an hostes non erant Rogerius & Manasses, qui ejus Clericos & populum ex ipsius Ecclesia immixtis armatis captos abstraxerant? hos autem Arnulphus amicorum præcipuos & arcorum omnium conscios habet, hos spoliis illorum, qui ipsum Archiepiscopum elegerunt & ordinarunt, locupletavit.*

Tum Gotesmanno Episcopo Ambianensi Brunonem rogante, ut mentem suam aperiret de Quæstione, an Episcopi

pi rei futuri essent effusi sanguinis, si Arnulphus damnaretur. Respondit Bruno: *Est mihi etiamnum ratio domestica, cur Arnulpho parcam, nempe memoria, Regis Lotbarii, Avunculi mei, a quo est genitus.* Resolvit deinde, sua quidem opinione adornandum esse iudicium; postea enim facili negotio vitæ gratiam a Regibus impetrari posse, ne Episcopi effundendi humani sanguinis causam posuisse viderentur. Mox adjecit: *Ingradiatur ille Presbyter, qui portas civitatis Remensis aperuit, & dicat, cur & quomodo istud perfecit.*

§. XXIII.

Argumenta adversus Arnulphum.

Ratbodus Episcopus Noviodunensis petit, ut in primis formula juramenti, quo se Arnulphus Regibus obstrinxerat, inspiceretur, tum quod ea sola ad ipsum convincendum sufficeret, tum quod Lotharingi dubitarent, an istud Sacramentum præstiterit. Illa ergo formula in Concilio publice recitata, cum deinde Adalgerus Presbyter intrasset, in hunc modum locutus est: *Dudo Caroli Vasallus ille est, cujus insidiis in proditionis communionem pertractus sum. Quærenti, cur mea Sacerdotis opera uti vellent, ad prodendos Dominum meum & Episcopum meum, amore Caroli, cui nullo fæde-*

c. 7.

c. 8.

c. II.

Sæculum X. *re junctus essem, respondit, me utique ve-*
A. C. 991. *rum experientia didicisse, quam ignavi &*
negotiis inepti essent plerique mortalium,
adjecitque adulator, me ad rem tantam
prudencia & constantia a natura pradi-
tum. Tandem Dominum meum (id est
Arnulphum Archiepiscopum) istud præ-
cipere, atque hoc obsequium a me expecta-
re, a quo hæc mandata accepisset. No-
lui in tantæ audaciæ facinore alteri fide-
re, sed ipsum Archiepiscopum adii, ex cu-
jus ore accepto mandato, cum eum teneri-
mo affectu complecterer, in meam perni-
ciem irrui. Ut perfido facto saltem bo-
nestatis colorem illinerem, Carolo fidem
juravi. Verum solius Archiepiscopi jussu
claves apprehendi & portas civitatis ape-
rui. Si quis verbis meis fidem non habeat;
ignem, aquam ferventem, ferrum candens
adhibeat.

c. 12.

Porro postulante Odone Episcopo Silvanectensi, in Concilio lectum est Decretum Excommunicationis ab Arnulpho Archiepiscopo contra grassatores, qui urbem & Ecclesiam Remensem expilaverant, pronuntiata. Hoc perlecto, Guido Episcopus Suesionensis subjunxit: *Omnes Ecclesia Remensis Episcopi Suffraganei, Silvanecti congregati, dilectæ Matris nostræ calamitates deslebamus. Metropolita noster cum Clericis & populo in potestatem inimicorum incidisse dicebatur, sed etiam simula-*

tae captivitatis fama aures nostras pulsa-
 bat. Itaque consensu unanimi perfidis &
 consciis anathema diximus. Hujus quo-
 que anathematis formula in Concilio
 perlecta, Seguinus Archiepiscopus Seno-
 nensis dixit: *An Decretum bujus Ana-
 thematismi ad Arnulphum delatum est?*
 Et responsum, quod delatum fuisset.
 Tum Seguinus: *An ab eorum Communio-
 ne recessit, quos juxta sententia damnatos
 sciebat?* Responsum: *Minime gentium,
 sed eos ad omnia Sacra, in quibus Fideles
 communicant, admisit.*

Rursus Seguinus: *Audacia hominis
 obstupescenda! ipse illos excommunicavit,
 qui suam spoliaverant Ecclesiam, usque
 dum rapta restituerent, & in facie Eccle-
 siae suae humilitate emendarent, quod per-
 vicacia peccaverant. Nihilominus Fra-
 trum nostrorum aliqui mihi significarunt,
 paucissima vel omnino nihil fuisse restitu-
 tum, & neminem penitentiam publicam
 subisse. Nam penitentia secreta delicto-
 rum publicorum nulla est.* Tum Segui-
 nus Caput decimum Concilii duodecimi
 Toletani contra illos, qui Ecclesiarum li-
 bertatem violant, adduxit. Iterumque
 adjecit: *Attamen Arnulphus eos absol-
 vit. Quæro, quomodo eos sine consensu
 Clericorum suorum, tunc, cum eosdem ex-
 communicavit, præsentium, absolvere po-
 tuit? nam in Concilio Carthaginensi ca-*

Sæculum X.

A. C. 991.

Sup. §. 19.

c. 15.

tom. 6. Conc.

p. 1234.

Sæculum X. *pite vigesimo tertio legimus, nullam cau-*
 A. C. 991. *sam ab Episcopo sine consilio Clericorum*

Conc. Carth. suorum esse discutiendam, quibus incon-
 IX. tom. 2 *sultis solius Episcopi sententia esset nulla.*

Conc. pag. Itaque Arnulphus tot criminum reus Sa-
 1202. *cra Mystera in Ecclesia a Fratibus no-*

stris interdicta celebrare ausus est! Le-
gantur, si placet, Canones de hac materia
agentes, ut Arnulphum non a nobis, sed a
Patribus damnari omnes cognoscant.

Lectus deinde est Canon quartus
 Concilii Antiocheni, item duo alii ex
 quodam Concilio Carthagenensi contra
 illos, qui spreto Interdicto aut excom-
 municatione officio Sacerdotali defungi
 audent, & contra Episcopos, qui fidem
 publice datam fallunt. (*)

§. XXIV.

Arnulphus defenditur.

Tunc vero Arnulphus Episcopus Aure-
 c. 17. **lianensis** dixit, si qui adeflent, qui
 18. **causam Arnulphi Archiepiscopi** defende-
 re vellent, æquum esse, ut audirentur.
 Mox Seguinus Archiepiscopus Senonen-
 sis nomine totius Concilii iussit, quemli-
 bet pro Arnulpho liberrime eloqui. Cum
 istud effatum omnibus Episcopis proba-
 retur, ex præsentibus obstupuerunt mul-
 ti,

(*) Notandum, quanta veterum Conciliorum
 auctoritas fuerit.

ti, qui putaverant, Episcopi jam ante Sæculum X.
 animo constitutum fuisse, Arnulphum A. C. 991.
 simpliciter damnare, pluribusque spes
 nata, eum salvum esse posse. Viri tres, *c. 19.*
 scientiæ & facundiæ laude præcipui, ejus
 defensionem susceperunt, Joannes Scho-
 lasticus Antissiodorensis, Ranulfus seu
 Romulfus Abbas Senonensis, & Abbo
 Floriacensis. Igitur Arnulphi Defenso-
 res epistolam apocrypham Episcoporum
 Africæ ad Damasum Papam datam, una-
 cum Rescripto produxerunt, quo osten- *c. 20. 21.*
 derent, omnes majores Ecclesiæ causas, *tom. 2. Conc.*
 præcipue judicia Episcoporum, Papæ esse *p. 869. 870.*
 reservanda. Præterea legerunt quædam
 ex falsis Decretalibus excerpta de iisdem
 Judiciis, & Arnulphi Apologiam ad qua- *c. 23.*
 tuor Capita redegerunt. Primo, spolia-
 tum ante omnia esse restituendum, ad
 Judicium legitime esse vocandum, ipsius
 causam ad Papam deferendam, Accusa-
 tores, testes, & Judices in ampliori Con-
 cilio ad examen vocandos. Ex parte ad-
 versa respondebant, Actorem, id est,
 Adalgerum Presbyterum nulla inimici-
 tiæ in Arnulphum suspitione laborasse,
 sed solius Religionis amore, nec metu,
 nec avaritia impulsus id fecisse. Ar-
 nulphum datis literis Canonicis, & mis-
 sis ad eum Legatis jam ultra unius anni
 spatium ad Concilium citari, quo tem-
 pore jam elapso ipsum audiri non debere

Sæculum X. secundum titulum duodecimum Con-
 A. C. 991. cili Africani; hinc Arnulphum restitui
 non posse. Ut iuste carceri datum fu-
Frod. II. *hist. c. 20.* isse probarent, referebant exemplum
 Hildemanni Episcopi Belovacensis, qui-
 dum congregaretur Concilium in Mona-
 stero S. Vedasti custodia traditus fuerat,
 regnante Ludovico Pio, & Ebbonis Ar-
 chiepiscopi Remensis, in Abbatia Fulden-
 si inclusi. Atque ad demonstrandum,
Sup. lib. *XLVII. c.* Episcopos rebelles a potestate Sæculari
47. c. 24. coerceri posse, in medium adducebant
 Collectionem Conciliorum Africa titu-
 lis trigesimo octavo & quadragesimo
 tertio.

c. 25. 26.
Sup. c. 19.
c. 27.

Rursus in argumentum, quod hæc
 causa ad Sedem Romanam delata fuisset,
 lecta est epistola Regis Hugonis ad Joan-
 nem XV. data, atque etiam literæ Epi-
 scoporum, quas superius retuli. Quæsi-
 verunt Arnulphi Causidici, quo tempo-
 re hæ literæ essent missæ, & quid re-
 sponsi Nuncii attulissent. Responsum,
 missas fuisse ante menses undecim, &
 Nuncios, postquam eas Pontifici reddi-
 dissent, primum honeste fuisse habitos.
At vero, addebant, postquam Nuncii Co-
mitis Heberti generosum equum candi-
dum aliaque munera Papæ tradiderunt,
triduo ante portam Palatii detenti impe-
trare non potuimus, ut in conspectum ad-
mitteremur; quare contemptum non feren-
 tes

tes re infecta rediimus. His Clerici Bru-
 nonis Episcopi Lingonensis adjecerunt, se Papam adiiisse & querelas exposuisse
 quod custodia & carceri traditus fuisset, & rogasse, ut rei excommunicationis ful-
 mine ferirentur; tunc autem ministros Papæ petiisse decem Solidos aureos sibi
 dari. *Ludibrio excepimus, inquebant, sordidæ avaritiæ conditionem, & respon-*
dimus, si Episcopus noster data pecunia saluus esse posset, mille marcas impendere
non recusavimus. Tandem ipse Pontifex respondit; illius cura liberandum esse Ar-
nulphum, propter quem captus esset. Inde statutum, Papæ causa Judicium Ar-
 nulphi non esse differendum, & in me-
 moriam revocatum exemplum Episcopo-
 rum Africae in Concilio ducentorum &
 septendecim Patrum, quos inter S. Au-
 gustinus numerabatur, qui Romanorum
 fastum repulissent. Nempe in Causa
 Apiarii Presbyteri.

Sæculum X.
 A.C. 991.

Conc. Carth.
 VI. an. 419.
 Sup. lib.
 XXIV. §.
 2. & 35.

§. XXV.

Arnulphi Aurelianensis Sermones.

Arnulphus Aurelianensis hac super re
 tum publice multa ad omnes Episco-
 pos congregatos, tum ad illos, qui proxi-
 mi sedebant, dixit. Omnia vero ad pau-
 ca capita redigi possunt. *Credimus, in-*
quebat, Ecclesiam Romanam ob memo-
riam S. Petri semper esse honorandam;

c. 28.

S s 4

nec

Sæculum X. *nec Decreta Pontificum rejicere nobis ani-*
A. C. 991. *mus est, salva tamen auctoritate Concilii*
Niceni, aliorumque Canonum, quorum vi-
gorem oportet esse æternum. Cura enim
nobis esse debet, ne vel Papæ silentium, vel
nova Decreta antiquos Canones evertant.
Ergo Papæ Privilegium suum abrogabi-
mus? minime gentium. Si eum Scientia
& virtus commendent, non est, cur me-
tuamus, ne in Canones peccet, nobisve no-
ceat, multo autem minus timendus est, si
vel ignorantia erret, vel pravo affectu tur-
betur, vel, quod nostra ætas vidit, Ro-
manorum Tyrannide opprimatur.

Quanta vero est calamitas Romana
Urbis, quæ postquam superioribus Sæcu-
lis clarissima lumina Ecclesiæ dedit, nu-
per tenebrarum monstra effudit, quæ to-
ta exhorrescet posteritas! Scimus, in
Petri Cathedra olim sedisse Leones, &
Gregorios, Gelasium, Innocentem, Ponti-
fices maximos, quorum Sapientia & Elo-
quentia omnem humanam Philosophiam su-
perabat & nihilominus fortunata illa æta-
te Episcopi Africæ Romanorum Pon-
tificum voluntati obsequendum esse existi-
marunt, credo, non tam quod illos, qui
tunc ad Ecclesiæ clavum sedebant, fastus
arguere vellent, quam quod mala futura,
quibus hodie preminur, pertimescerent.
Quæ probra nostro ævo vidimus? imo quæ
non vidimus? obstupuimus in Sede Roma-

na Joannem cognomento Octavianum † *fæ-* Sæculum X.
dissimis voluptatibus immersum hominem, A. C. 991.
 & contra Ottonem, quem ipse Imperatorem † Joannem
 creaverat, conjuratum. Eo ejecto Sacra XII.
 Sedi imponitur Leo Neophytus (nempe
 Leo VIII.) sed Ottone Imperatore Roma Sup. 1. LVI.
 egresso, redit Octavianus, Leonem expel- S. 5. 7. 9. 10.
 lit, nares, dextræ digitos, & linguam
 Joannis Diaconi amputari jubet, permul-
 tos nobilissimos Romanos interficit, &
 ipse post breve temporis spatium e vivis
 eripitur. Octaviano Romani Benedictum
 Diaconum, dictum Grammaticum, subvo-
 gant (Benedictum V.) quem Leo Neophy-
 tus paulo post Imperatoris sui potentia
 fretus aggreditur, capit, deponit, & in
 Germaniam missum, perpetuo exilio da-
 mnat.

Ottoni Imperatori alius Otto (nem- Sup. 1. LVI
 pe Otto II.) & Romæ in Cathedra Petri S. 36.
 successit inmane monstrum, Bonifacius
 mortalium omnium pessimus, Antecesso-
 ris sui (*) sanguine pollutus (Franco hic
 est, alio nomine Bonifacius VII.) hic quo-
 que ejectus & in Synodo condemnatus.
 Mortuo vero Ottone Imperatore, Romam
 reversus, non nisi proprii juramenti fide
 nixus Papam, maximum virum, prius

S s 5 Episco-

(*) Arnulphus Aurelianensis credidisse vide-
 tur, Bonifacium VII. dictum, non Antipapam,
 sed verum Pontificem fuisse.

Sæculum X. *Episcopum Ticinensem* (nempe Joannem
 A. C. 991. XIV.) *deponit, & in carcere miserrime*
 Ecclesiæ Ro. *contabescere cogit. Nun lex aliqua exi-*
 manæ cala- *stit, qua tot Episcopi, Doctrina & virtu-*
 mitates. *tibus ornatissimi, per totum terrarum or-*
bem diffusi, fatalibus hujusmodi Ecclesiæ
portentis, publica infamia notatis & Re-
rum Divinarum humanarumque scientia
destitutis, subjiciuntur? () Attamen in*
quos culpam rejiciemus, quod Ecclesiarum
*Caput (**) olim sublime, atque gloria &*
honore coronatum, hodie abjectum tanta
ignominia laboret? nostra profecto hæc
culpa est, nostra, inquam, quia, quæ no-
stra sunt, & non quæ Jesu Christi qua-
rimus.

Si in quolibet, qui ad Episcopatum as-
sumitur, morum gravitas, virtus & scien-
 tia

(*) Extat hæc lex Matth. XXIII. *Super Ca-*
thedram Moysis sederunt Scribæ & Pharisei.
Omnia ergo, quæcunque dixerint vobis, servate
& facite: secundum opera vero eorum nolite fa-
cere &c. Sed id ipsum agnoscit Arnulphus ver-
 bis quæ sequuntur.

(**) Doctrinam excellentissimam hic Arnul-
 phus Aurelianensis Protestantibus tradit: de-
 fendas omnino esse Romanæ Ecclesiæ calami-
 tates, nunquam vero universalis Communionis
 vinculum, quo omnium Ecclesiarum Caput &
 membra connectuntur, ab his, qui Orthodoxi
 esse volunt, esse abrumpendum.

Sæculum X.
A. C. 991.

*tia requiruntur, quibus non dotibus instru-
ctum esse illum oportet, qui omnium Epi-
scoporum Doctor videri vult? Quare er-
go ad primam Sedem evebitur, ultimo lo-
co inter Sacerdotes indignus? quid deni-
que de homine sentiendum putatis, in thro-
no excelso collocato, auro & purpura, qui-
bus tegitur, fulgente? si charitate desti-
tutus sola scientia inflatur, Antichristus
est in Templo Dei sedens, & Deus videri
volens. Si nec Charitatem, nec scientiam
babeat, in templo Dei versatur Idoli in-
star, ex quo tam parum bonum consilium,
quam ex silice aquam elicueris. (*) Ex-
pectemus itaque, tamdiu quamdiu poterimus,
Præpositorum (**) nostrorum emen-
dationem, & interea Verbi Divini præ-
dicationem, escam animarum nostrarum,
alibi quæramus. Præsentes non nulli in
hac Synodo testes optime norunt, in Bel-
gio & Germania, provinciis nobis vicinis,
Episcopos reperiri Religionis zelo & do-
ctrina præstantissimos. Quare, nisi Re-
gum vixis cobiberemur, inde potius Epi-
scopo-*

2. Theff. 2.4.

(*) Hæc acerbè nimis prolata ipse Fleurius
in sequente Reflexione mitigat. Atque etiam
pensata illius temporis depravatione, Arnul-
phi Aurelianensis justo dolori non nihil indul-
gendum.

(**) His confirmatur Doctrina paulo superius
Protestantibus exposita.

Sæculum X. *scoporum Judicium accipiendum esset,*
 A. C. 991. *quam Roma, ubi omnia venalia sunt, &*
Judicis proferenda sententia auro aestima-
tur. Si cum Gelasio objicias, Romanam
Sedem in tota Ecclesia judicare, ipsam ve-
ro judicari a nemine. Dent nobis Romani
Papam, cujus Judicium reformari non
mereatur. Sed & istud impossibile esse
Episcopi Africæ arbitrati sunt, cum di-
ep. Ep. Afr. xerunt: Quis credat, Deum cuiquam no-
 to. 2. p. 1675. *strum Justitiam suggesturum, quam innum-*
meris Episcopis Synodice congregatis de-
neget? cum vero hodie propemodum nemo
Romæ literarum studiis operam det, qui
fronte docere audebunt, quod non didice-
runt? Etsi in aliis Episcopis ignorantia
utcumque dissimulari posset, in Papa tamen
intolerabilis est, cui de Fide, de moribus,
de Episcoporum vita, verbo, de causis Ec-
clesiæ universæ () cognoscere & judicare*
 VII. ep. 65. *incumbit. A vero non aberravit S. Gre-*
 Sup. lib. *gorius, cum dixit: Si quisquam Episco-*
 XXXVI. *porum peccaverit, nullum novi, qui non*
 §. 15. *Sacræ Sedi subjiciatur, sed si ceteri offi-*
cio suo rite fungantur, virtus Humilita-
tis omnes æquales faciat.

At demus, alterum Damasum bodie
 c. 20. *Romæ sedere, quid tandem contra ejus De-*
cretum peccavimus? Hic Arnulpho ser-
 mo

(*) Tertium Arnulphi Aurelianensis contra
 Protestantes Testimonium.

mo est de illa epistola, quæ a Damaso Sæculum X.
 Papa Episcopis Africae scripta credebatur, & prosequitur sermonem in hunc A. C. 991.
 modum: *In primo illius Decreti articulo, nisi me fallat memoria, statuebatur, ut Episcoporum, omnesque majores Ecclesiae causæ Romam deferrentur. Sed causam, de qua hic agitur, non modo Episcopi, sed etiam Rex noster, Papæ perscripserunt, eique plenam libertatem, & longum temporis spatium, quo de causæ adjunctis cognoscere & Sententiam proferre potuisset, reliquerunt. Nos enim tunc demum banc causam ad Judicium nostrum traximus, quando Papam eam judicaturum non amplius sperare potuimus, urgente necessitate, quæ populo Christiano nova Ordinatione Archiepiscopum dari postulabat. Verum illud quidem, quod Damasus Metropolitanis non nisi potestatem Causas majores discutiendi tribuat, Sententia sibi reservata; sed huic opponitur S. Gregorius Magnus, qui comperto, Paulum Episcopum Thyellanum fuisse depositum, nequam reprehendit, quod id sine suo Judicio factum sit. Ex pluribus aliis auctoritate S. Gregorii probat Arnulphus, hunc Pontificem nullatenus fuisse invitum, quod Episcopi rei in ipsis locis, Sacra Sede inconsulta, judicarentur. Nec sine fundamento, quoniam Lector ex tota hac Historia cognoscere potuit, ita antiquum*

Sæculum X. tiquum jus obtinuisse, nulla alia re, quam
 A.C. 991. falsis Decretalibus turbatum. Sed quia
 Arnulphus falsas a veris non discerne-
 bat, vix se se ab ejusmodi objectionibus
 extricare poterat.

Arnulphi
 Aurelianen-
 sis Oratio.

Tum prosequitur: *Ut nihil dicamus de casu, quo nemo querelas desert, quid faciemus, si Procere armati certis indicis cognoverint, uxores suas stupro vitari? quid si Reges irati Episcopum criminis læsæ Majestatis convictum habuerint, & deprehenderit, nos protracta Judicii forma tricisque infinitis sibi illudere? an ararium suum auro, quod Romam ad impetrandam sententiam mittant, exhauriri patientur? an reus Romanis pecunia avidis aureos montes promissurus non est, si hoc impendio emersurum se speret?* Adfert deinde exempla Ægydii Archiepiscopi Remensis sub Rege Childeberto, & Ebbonis sub Ludovico pio, Papa inconsulto, depositorum; unde infert, causas liquidas, in quibus non datur ad Sacram Sedem appellatio, in Concilio Provinciae esse definiendas. Ad illud, quod in Epistola Damasi supposititia dicitur, nullum Concilium sine Sacrae Sedis auctoritate celebrari posse, respondet: *Quid ergo faciendum, si Barbarorum armis Romanam ire prohibemur? aut si ipsa Roma alicujus Barbari tyrannidi subjecta, Domini sui cupiditati serviat, ut se alicujus Regni*

c. 72.

Regni potestati subtrahat, nullum inter-
 ea Concilium celebrari possit? & forsan
 omnes Orbis Episcopi, non sine injuria
 Principis sui, leges ab inimicis suis sibi
 adventuras expectabunt? Concilium Ni-
 cenum, quod Ecclesia Romana semper ve-
 nerata est, Concilia bis in anno celebrari
 precipit, nulla auctoritatis Papalis in-
 jecta mentione.

Sæculum X.
 A. C. 991.

Ne vero perperam disputemus, Eccle-
 siam Romanam majori veneratione prose-
 quamur, quam olim Episcopi Africa, con-
 sulamus eam, si per regnorum pacem
 id fieri possit, quod in hac ipsa Arnulphi [†] Remensis.
 causa fecimus. Si justa est sententia, lu-
 benti animo recipiemus, si non est, obe-
 diemus præcepto Apostoli, & nec Ange- Gal. 1. 8.
 lum etiam contra Evangelium loquentem
 audiemus. (*) Si Papa taceat, ut hodie
 tacet,

(*) Episcopi hujus Concilii, cui aliquis fu-
 turus Pontifex (Silvester secundus) interfuit,
 certe non in eo sensu, quo hodie Scriptores
 non nulli, Romani Pontificis potestatem & in-
 fallibilitatem in materia fidei & morum expli-
 care videntur, sed credidisse, satis esse, si dica-
 tur, Infallibilitatem a Jesu Christo Ecclesiæ suæ
 promissam residere principaliter & tanquam in
 Capite in Romano Pontifice, ac in ceteris Epis-
 copis, sive in Concilio congregati sint, sive non
 sint, tanquam in ejus Fratribus, Collegis, Adju-
 tori.

Sæculum X. tacet, Canones consulemus. Quo enim
 A. C. 991. convertamur, cum Roma ab omni Divi-

no

† S. Pat. N. toribus, & in Ecclesia Catholica † Judicibus,
 Bened. XIV quos, teste S. Paulo Act. c. 20. Spiritus Sanctus
 de Syn. Dia- posuit regere Ecclesiam Dei, & de quibus Chri-
 est. Lib XIII stus Dominus dixit ad Petrum: Confirma Pra-
 cap. II. num. tres tuos Luc. XXII. v. 32.

II. Fleur.

Tom. I. Lib.

I. §. XXXII

Est vero omnino reflexione dignum, hic
 non dixisse: Confirma oves meas, multo minus,
 subditos tuos, sed Fratres tuos.

Existimat aliquis Scriptor clarissimus & ze-
 losissimus, in suo *Brevi Apparatu Erudit. de*
Font. Theol. Aug. anno 1760. editis, Part. III.
 p. 149. solidum contra Protestantes esse funda-
 mentum illam Assertionem: *Quoties Romanus*
Pontifex loquitur de Cathedra, & tanquam
Vicarius Christi toti Ecclesiae proponit aliquam
veritatem Fide divina credendam, toties est in-
fallibilis, etiam extra Concilium & praeve ad
Ecclesiae assensum. Sed neququam fixum &
 constans contra Protestantes est hoc principium;
 quia hæc ipsa Resolutio, quod Romanus Ponti-
 fex toti Ecclesiae aliquam veritatem Fide Divina
 credendam, etiam *extra Concilium, & praeve*
 ad Ecclesiae (id est Episcoporum) assensum pro-
 ponens, loquatur ex Cathedra, a quibusdam
 Catholicis admittitur, a quibusdam abjicitur, &
 diversi diverse pro suo arbitrio, quando & quo-
 modo Summus Pontifex ex Cathedra & infalli-
 biliter doceat, explicant. Nam, ut nihil dicam,
 quod Historia Ecclesiastica ostendat, Romanos
 Pontifices, S. Petri exemplum secutos, Hæreses
 novas,

no humanoque auxilio destituta, quin *& Sæculum X.*
sibi ipsi in extrema necessitate deesse vi- *A. C. 991.*
deatur? Post Romani Imperii occasum
Roma Ecclesias Alexandrinam, & An-
tioche-

novas, & quoad rei substantiam ab Ecclesia nunquam ante damnatas, semper in Concilio damnasse, exploratum certe est, quod tempore, exempli causa, Arii aut Lutheri, Fideles summi, medii, infimi ordinis, nempe tota Ecclesia, una voce affirmaverint, Concilium Universale non utile modo, sed etiam esse necessarium. Ceterum optandum omnino, ut quilibet Scriptor Catholicus, eo consilio scribens, ut Doctrina Catholica non solum inter Orthodoxos confirmetur, sed etiam adversus Heterodoxos defendatur, talia Asserta poneret, quæ ab Ecclesia definita sunt, & a nullo, si Orthodoxus audire velit, negari possunt. Quandoquidem si Vir Orthodoxus disputans cum A Catholicis Propositiones statuatur, quas alii viri, sincere, haud dubie, Catholici, rejiciunt, non vincet pervicacem, Quomodo enim feliciter bellum geret? quomodo victoriam reportabit de hostibus exteris a bello intestino & domestico non expeditus? Dicit enim Protestans; Quid tu mihi argumentum affers, quod a Fratribus tuis subruitur? Itaque non privatorum Doctorum opiniones, sed totius Ecclesiæ Auctoritas Protestantibus opponenda est; secus enim inutiles disceptationes inter Theologos & Canonistas Catholicos efficiuntur perpetuæ, & contra Protestantes nihil probatur.

Hist. Eccles. Tom. XIII.

T t

Hinc

Sæculum X. *tiochenam amisit. Atque ut de Africa*
A. C. 991. *& Asia nihil dicam, Europa ipsa paula-*
tim ab ipsa deficit. () Ecclesia Constans-*
tinopolitana eam deseruit, & Provincia
 2. *Theff. 2. 3.* *interiores Hispaniæ (**)* *Romanorum Ju-*
dicia non noverunt. Hæc igitur illa est
non Gentium modo, sed etiam Ecclesiarum
seditio, quam prædixit Apostolus; pro-
pinquus enim esse dignoscitur Anticri-
stus, cujus Ministri occupatis Galliis per-
niciem nostram omnibus viribus acce-
rant. In fine dicit inspiciendos esse Ca-
nones, unde cognoscatur, quantus Epis-
copo.

Hinc Ecclesiastes Ecclesiæ Cathedralis Augustanæ Soc. Jesu. Vir de Re Catholica præclare meritus, in suis Concionibus toties Protestantibus inculcare cogitur, ipsos frustra circa Questiones in Schola agitatae tricari, cum nihil habeant, quo Doctrinam a tota Ecclesia receptam refellant.

(*) Hæc facta Arnulphus non approbat, sed deplorat; quod verba sequentia satis indicant. Ceterum etsi tunc Ecclesia Constantinopolitana vacillaret, necdum tamen a Communione Ecclesiæ Romanæ recesserat.

(**) Hispani, ut Historia docet, semper Romanæ Ecclesiæ fuere addictissimi. Illis vero temporibus non tam sua culpa, quam Saracenorum in Hispania dominantium tyrannide prohiberi, Romam frequenter non pergebant, quia sufficiebat Episcoporum Orthodoxorum Judicium.

coporum numerus ad unum condemnan- Sæculum X.
A. C. 991.
dum requiratur, & qua ratione ille judi-
candus sit, qui defendere causam suam
recusat. (*)

§. XXVI.

Reflexio in superiorem Sermonem.

In isto Arnulphi Aurelianensis Sermo-
ne, si ad rigidum examen vocetur, si-
ne dubio aliqua justo acerbius dicta oc-
currunt, & quæ Sacræ Sedis contem-
ptum prodere videntur. Sed vix quem-
quam illius ætatis Scriptorem invenire
est, qui res ipsas exacte proponat, &
moderata dictione utatur. Æquitas ve-
ro postulat, verba Episcopi canitie vene-
rabilis & doctrina, qui hujus Concilii
spiritus & anima dici possit, in benignio-
rem partem accipere. Denique si Ora-
tionis summam spectemus, tantum abest,
ut schisma intendat, ut potius in prin-
cipio sermonis profiteatur, Ecclesiam Ro-
manam venerari oportere, & Decretis
Pontificum obedire, atque etiam diser-
te affirmet, Papæ esse in tota Ecclesia
judicare. Probi omnes impatientissime
ferebant horrenda flagitia, quibus Ro-
mana civitas per unum jam Sæculum
polluebatur, unde tam ipsorum Pontifi-
cum

p. 63.

T t 2

(*) Multa bene dixit Arnulphus; utinam
etiam in causa manifeste bona!

Sæculum X.
A. C. 991. cum, quam Decretorum reverentia per-
 ibat. Quamvis enim legis valor a do-
 tibus Personæ Præpositi inhærentibus ab-
 solute non dependeat, non tamen extra
 curam sunt, & eo libentius Præfuli obe-
 dimus, quo magis pium doctumque esse
 credimus. Quod spectat ad nomen in-
 vidiosum Antichristi, comparatio est non
 affirmatio, nec Arnulphus aliud dicit,
 quam quod Prælatus sine charitate eo
 modo sit Antichristus, quo Præpositus
 ignorans Idolo similis est. Saltem illud
 exploratum, noluisse dicere, quemquam
 Summorum Pontificum fuisse Antichri-
 stum, cum in fine Sermonis alium de-
 notet, quem esse propinquum ex eo au-
 guratur, quod ejus satellites Gallias in-
 vasissent. Certe etenim loquitur de
 quibusdam Barbaris, sive Hungaris, sive
 aliis, qui Antichristi præcursores crede-
 bantur. Si quis vero hunc Sermonem
 Gerberto, qui eundem literis mandavit,
 tanquam auctori tribuere voluerit, mul-
 to major vis inerit, cum Gerbertus Pa-
 pa factus nihil retractasse legatur.

p. 74.

§. XXVII.

Arnulphus Remensis in Concilio.

6. 19. Cum Arnulphus Aurelianensis finem
 dicendi fecisset, lecti sunt non nulli
 6. 30. Canones Africae de Judiciis Episcopo-
 rum. Tum, qui Arnulphi Remensis
 cau

causam defendebant, dicta sua utcumque retractarunt, omnibusque visum, forum Sæculum X.
A. C. 991.

in hac causa esse competens. Ergo in Concilium introducitur, & inter Episcopos locum occupat. Arnulphus Aurelianensis ei lenibus verbis beneficia a Rege accepta, & mala, quæ ipse reddidisset, in memoriam revocat. Cui Arnulphus Remensis respondit; se non modo contra fidem Regi datam nullatenus peccasse, sed ob fidem Regi servatam in civitate sua ab hostibus fuisse captum, Rege opem nullam ferente. Arnulphus Aurelianensis reposuit; Presbyterum illum, qui portas ipsius jussu aperuisset, præsentem esse. Remensis dicere; testem esse perfidum & subornatum. At Adalgerus Presbyter dixit: *Nemo me ad te accusandum compulit. Potuissem fugere, semper fidissimum me habuisti. Nulla alia causa mihi fuit indicium hoc faciendi, nisi ut me a proditionis infamia liberarem. Nihil enim mihi nisi obedientia tibi præstita nocet.*

Arnulphus Remensis dixit; se in manus inimicorum suorum incidisse, nec unquam, quod sciret, Episcopum tam male habitum fuisse, unde oppressum respondere non posse. Tum Guido Suesionensis interrogavit, cur tamdiu respondere recusasset, toties a Rege & ab Episcopis interpellatus, *ipse ego, adjecit,*

Tt 3 *militum*

Sæculum X. *militum præsidium, quantum repellendis*
A.C. 991. *hostibus sufficiens fuisset, tibi obtuli. Cum-*
que responderes, te captivum esse Caro-
li, cui fidem jurasses, convici, captivita-
tem simulari, teque sacramentis Hugo-
ni Regi tuo dictis multo magis ligari,
quam juramento, quod Carolus, hostis tuus,
vi extorsisset.

Rainerius deinde advocatus, quem Arnulphus arcanorum omnium conscius habuerat, ad Arnulphum: *An non meministi, quid ad me dixeris in ripa Axonæ fluvii, priusquam urbs caperetur? Neminem tibi in hac vita esse cariorem Ludovico Caroli filio. Quod si gratum tibi facere vellem, eum periculo eriperem & curarem, ut salvus esset. Age igitur! confitere Episcopis crimina tua, ut saltem serves animam tuam. Sin minus, ego ea coram omnibus Episcopis & toto populo, qui ad fores stat, manifestabo. Atque ut fidem faciam, dicta juramento confirmabo, & dabo virum, qui probationem ferri candentis (*) sustineat.* Aliqui ex Abbatibus dixerunt; Arnulpho Archiepiscopo potestatem esse faciendam secedendi in locum separatum, ubi quoscunque elegisset confiteretur. Quod postquam concessum, surgit ille, &

(*) Nempe nudis pedibus super ferrum candens ambulando.

& Seguinum Archiepiscopum Senonen-
sem, Arnulphum Episcopum Aurelianen-
sem, Brunonem Lingonensem, Gotes-
mannum Ambianensem sequi se rogans
in Sacellum subterraneum se contulit;
tumque Episcopis ingressis clausa est
janua.

Sæculum X.
A. C. 991.

§. XXVIII.

Confitetur Arnulphus & abdicat.

Illis absentibus lecti sunt in Concilio
complures Canones Concilii Toleta-
ni contra Episcopos Principi suo re-
belles.

c. 31. 32. 33.
&c.
c. 40.

Tandem vero Episcopi, qui cum Ar-
nulpho Archiepiscopo secesserant, advo-
catis etiam aliis dixerunt; ipsum ad pe-
des eorum prostratum inter lacrymas
crimina admitta fuisse confessum, & di-
xisse, quod se Episcopatu abdicaret, quo
se indignum reddidisset. Episcopi cete-
ri, ut tanti momenti declarationem ex
ipsius ore audirent, prius Arnulphum
in nomine Domini exhortati sunt, ne
metu turbatus crimen falsum de se ipso
confiteretur. Mox intrare jubent tri-
ginta circiter Abbates & Clericos piis-
simos doctissimosque, cum iis consulta-
turi, quid agendum esset. Primo omnes
opinati sunt, non amplius locum esse
querelæ, contemni S. Sedem, cum jam
Arnulphus Remensis sibi Judices dele-

Tt 4

gisset,

Sæculum X.

A. C. 991.

c. 41. 42. 43.

c. 44. 45.

c. 47.

c. 50.

Sessio
secunda.

gisset, unde ad aliud tribunal se convertere non liceret. Quæsitum deinde, quis Ritus in ejus Depositione esset servandus, an illum quem Canones, vel quem Consuetudo introduxisset? Modus deponendi Clericum secundum Canones eo absolvebatur, quod pronunciaretur Sententia, qua reus Sacerdotio indignus declarabatur. Consuetudo aliquam Cæremoniam addiderat; scilicet vestes Sacerdotales condemnato detrahebantur, quod postea Degradatio appellatum. Itaque Sententia pronunciatur; Arnulphum annulum, Baculum pastorem & Pallium reddere oportere. Sed vestes non proscinderentur more Romanorum. Præterea libellum traderet, quo se iuste depositum profiteretur. Hæc in prima Sessione Concilii Remensis gesta.

Altera die Episcopis iterum in Ecclesia S. Bassoli congregatis, cum Arnulphum Remensem omnes tanquam condemnatum haberent, alios ejus Nobilitas, alios juventus, omnes vero Collegæ sui opprobrium movebat. Tunc autem Reges Hugo & Robertus cum Procerum præcipuis Concilium intrant, gratias agunt Episcopis, quod in arduo negotio fidem præstitissent, petuntque, summatim sibi referri, quæ in Concilio acta fuissent. Arnulphus Aurelianensis dixit; Archiepiscopum Remensem primo quidem cri-
men

men negasse, sed cum deinde se convi-
ctum intellexisset, consilium virorum
prudentum expetiisse, & tandem omnia
fuisse confessum.

Sæculum X.

A. C. 991.

c. 51.

Introducitur Arnulphus, simulque
omnis populus admittitur, & postquam
præco silentium imperasset, Arnulphus
Aurelianensis Arnulphum Remensem
hortatur, ut loqueretur. Quia vero
confusa videbatur oratio, & satis capi
non poterat, Arnulphus Aurelianensis
interrogavit, an in eadem sententia, in
qua pridie sub noctem fuisset, persiste-
ret, & an se Episcopatu abdicare vellet.
Annuit Arnulphus Remensis dixitque,
se fidem Regi debitam violasse; at ro-
gavit Arnulphum Aurelianensem, ut cau-
sam suam explicaret. Brochardus Co-
mes instabat, ut Arnulphus Remensis
publice proditionis crimen fateretur, sed
obstebat Arnulphus Aurelianensis, di-
cens, satis esse, quod peccata sua Episco-
pis secreto confessus, publice se Sacer-
dotio indignum profiteretur. Mox Ar-
nulphum Remensem hortatur, ut coram
Regibus in terram se demittens vitæ
gratiam flagitaret. Fecit ipse, quod mo-
nebatur, & prostratus extensis in for-
mam Crucis brachiis, altum ingemiscens,
ex omnium oculis lacrymas elicuit. Dai-
bertus quoque Archiepiscopus Bituricen-
sis ad Regum genua provolutus gratiam

T t 5

Arnul-

Sæculum X.
A. C. 991.

c. 54.

Arnulpho fieri orabat. Flecti se passus sunt Reges, promiseruntque, saluum fore, nisi in crimen morte dignum relaberetur. Demum e terra surgens, interrogatur, an solemniter ritu secundum Canones abdicare vellet; ipse facturum se, quod Episcopi suaderent, respondet. Igitur Regi restituit, quod a Rege acceperat (credo anulum & Pedum) Episcopis vero cetera Dignitatis pristinae Insignia futuro Successori reservanda. Legit deinde in medio Conventus Actum Abdicationis, eadem Formula ac olim Ebbo, cujus Summa erat; quod pro peccatis, quæ Episcopis secreto confessus fuisset, (*) se ipsum Episcopatu indignum agnosceret, renunciaret, & consentiret, alium sibi ordinatione legitima subrogari, nec ullo tempore se contra hoc factum reclamaturum. Subscriperunt Episcopi præsentis, & Arnulphus Remensis

(*) Ipsa vero in Act. Conc. Tomi VI. Part. I. sunt: *Pro reatibus meis, in quibus peccasse me secreto ipsis confessus sum Et de quibus publice arguebar Et c.* His satis discrete fateri videtur, eadem fuisse, quæ Episcopis secreto confessus erat, & de quibus publice arguebatur. Ceterum eo etiam magis excusari debebat Arnulphus Remensis, quod Caroli Magni Familia, ex qua ipse progenitus erat, Imperium avitum eripere cerneret.

mensis Clericos populumque a juramen- Sæculum X.
A. C. 991.
to, quo sibi obstricti fuerant, absolvit.

§. XXIX.

Adalgerus deponitur.

His peractis Adalgerus Presbyter Re- c. 55.
gum genibus accidens querebatur,
quod pœnam excommunicationis susti-
nere cogeretur, quia imperata fecisset
Archiepiscopi sui, cui resistere non po-
tuisset. Sed confitentem, quod portas
civitatis Remensis aperuisset, & hosti-
lem impetum in Ecclesiam fecisset, Epi-
scopi, ne utique meliorem conditionem,
quam Episcopum suum, meritum rati,
eligere jubent, ut vel perpetuo anathe-
mate innodatus viveret, vel ab Ordi-
ne suo depositus. Postquam diu delibe-
rasset, & deponi maluisset, Episcopi ve-
stes Sacerdotales induere jussu singulas
deinde detraxerunt, ablatis omnibus Or-
dinibus, usque ad Subdiaconatum. Tum
Ecclesiæ reconciliatum, & ad Commu-
nionem Laicam admissum, Pœniten-
tiam subire coegerunt. Tandem Ana-
thema iterum omnibus, qui civitatem
Remensem prodidissent, & ad pœniten-
tiam suscipiendam non venissent, dix-
erunt. Hæc sunt Acta Concilii Remen-
sis, qualia nobis literis mandata Gerber-
tus reliquit. (*)

§. XXX.

(*) De his Actis Eminentissimus Baronius
ad

Sæculum X.
A.C. 991.

§. XXX.

Gerbertus Archiepiscopus Remensis.

Chr. virid. p. 137. Frag. *Chr. tom. 4. Duchesne p. 142.* *Aimoin. v. c. 64.* Duo alii Historiæ Scriptores, illi temporis proximi, rem aliter referunt. Quorum alter dicit, Arnulphum Archiepiscopum coactum fuisse inter duo mala eligere, ut nempe vel se perjurii reum confiteretur, vel utroque lumine orbari pateretur. Alter narrat, quod Rex Hugo progeniem Lotharii Regis exterminaturus, jusserit Arnulphum Gradu Sacerdotali dejici, obtendens, non decere Archiepiscopalem Dignitatem hominem spurium, ex concubina natum, & deinde eum in Civitate Aurelianensi carceri dari, ubi jam ante Princeps Carolus ipse nepos custodiebatur. Porro Seguinum nec ad deponendum Arnulphum, nec ad ordinandum Gerbertum consensum præbuisse, sed cupiditati Regis, cujus iram in se concitasset, fortiter obstitisse. Ceteros Episcopos, urgente Regis metu, dixisse, se consentire.

ad annum 992. *His igitur quanta sit fides adhibenda, quæ Adversarius (Gerbertus) exæstuans furore ob ademptam sibi à Romano Pontifice Cathedram (nempe Remensem anno 998. vid. Fleur. inf. §. LVI.) tam sublimis Ecclesiæ scripsit . . . quisque animo liber nulla privata præpeditus affectione consideret &c.*

re. Ista excerpta sunt ex Chronico Hu- Sæculum X.
gonis Monachi Floriacensis ad Ligerim A.C. 991.
annem. Huic Monasterio tunc Abbas
præerat Abbo, qui præter alios causam
Arnulphi Remensis defendendam susce-
perat. Ut ut res se habeat, ex iis, quæ
in nostra Historia sequuntur, videbit Le-
ctor, vel Arnulphum Archiepiscopum in-
vitum se abdicasse, vel brevi pœnitentiam
facti eum subiisse.

Itaque Gerbertus, Diaconus, Archi-
episcopus Remensis eligitur & consecra- tom. 9. Conc.
tur. Ad nos usque pervenit Decretum p. 739.
Electionis. Tum sequitur ejusdem Pro-
fessio Fidei, in qua quatuor tantum
Conciliorum Generalium mentionem
facit. Aliquo post tempore cum Episco-
pis Provinciæ suæ Synodum celebravit, ibid. p. 740.
de qua nihil nobis superest, quam Admo- ep. 40. bis.
nitio ad illos, qui Bona Ecclesiarum diri- ibid. & Ger-
piebant, directa. Superest etiam epi- bert. ep. 470.
stola de eadem materia ad Fulconem Epi- bis.
scopum Ambianensem data, juvenili fu-
rore æstuantem, qui in propria sua Dice-
cesi jura sua defensurus Bona Ecclesiasti-
ca rapuerat, & cum armatis in quam-
dam Ecclesiam irruperat. Quamobrem
eum Gerbertus Archiepiscopus severe
objurgat. Ceterum, jam tunc senili
ætate gravis erat Gerbertus, quando Se-
dem Remensem conscendit; id enim
ipse fatetur in epistola ad Abbatem mo- Ep. 35. bis.
nachos-

Sæculum X. nachosque S. Geraldii Auriliaci data, in
A. C. 991. qua negotiorum vim, & fastidia, sibi in
 illa Dignitate constituto devoranda, de-
 flet.

§ XXXI.

Abbonis Floriacensis Exordia.

vit. Sæc. 6.
Ben. p. 38. Abbo Floriacensis, Arnulphi Remensis
 Defensor, vir illa ætate clarissimus,
 natus erat in Territorio Aurelianensi, pa-
 rentibus non quidem Nobilibus, liberis
 tamen, & ex progenie Deum timente
 satis, qui filiolum suum secundum Re-
 gulam S. Benedicti, in Abbacia Floria-
 censi obtulerunt. Mater pueri duos vi-
 ros agnatione proxima se contingentes
 in illo monasterio habebat; Abbatiali
 munere autem fungebatur Wulfadus
 postea Episcopus Carnutensis. Is Abbo-
 ni juveni habitum monasticum tradidit,
 & ad scholas celebres erudiendum misit,
 ubi tam in literis, quam in pietate mire
 profecit, inprimis societatem seniorum
 quærens. Cum inter coætaneos emi-
 neret, ei cura alios edocendi demanda-
 ta est, quam per aliquot annos gnaviter
 gessit. Grammatica, Arithmetica & Dia-
 lectica satis instructus, ceteras quoque
 Artes liberales addiscere cupiens cele-
 berrima scientiarum emporia, Scholas Pa-
 risiensem & Remensem adiit, ubi Phi-
 losophiæ Doctoribus usus, Astronomiæ
 studuit;

studuit; sed ejus discendi, & arcana hu-
 jus scientiæ perspiciendi ardori neuti-
 quam satisfactum. Aurelianum rever-
 sus Musicæ operam dedit, magnis expen-
 sis, & occulte, ne invidorum malevolen-
 tiæ pateret. Itaque quinque Artibus Li-
 beralibus instructum subiit cupido reli-
 quas etiam duas sibi comparandi. Ne
 Rhetoricam ignoraret, Victorinum legit,
 atque prima Geometriæ elementa didi-
 cit. Illo tempore quædam Scripta de
 Figura Syllogismorum, de Circino, de
 Numeris Astronomicis, & cursu Plane-
 tarum edidit.

Inter hæc, postquam Ordine Diaco-
 natus fuisset insignitus, in Angliam a S.
 Osualdo Episcopo Vigornienſi vocatus
 pervenit ad Monasterium Ramesiense ab
 eodem S. Præsule fundatum, cujus Ab-
 bas, nomine Germanus, e Monasterio
 Floriacensi ad Ligerim advenerat. Bien-
 nio ibi versatus Abbo aliquot illius loci
 monachos erudivit. Regem salutavit,
 a quo comiter exceptus est, tum etiam
 Ducem Heluinum Monasterii Ramesien-
 sis Fundatorem, qui discedentem mune-
 ribus cumulavit. Non solum S. Osual-
 dum, tunc Archiepiscopum Eboracensem,
 sed etiam S. Dunstanum sibi amicos con-
 ciliavit, inter quos humanissimum inter-
 cessit dissidium, quis eorum carissimum
 hospitem in sua domo aleret.

Cum

Sæculum X.
 A. C. 991.

Sup. l. LV.
 §. 32.

Abbo in
 Anglia.

Sæculum X,
A. C. 991.

Cum vero Abbas Floriacensis data ad Abbonem epistola eum amantissime rogasset, ut rediret, valedixit duobus Præsulibus, qui donis plurimis abiturum onerarunt. S. Dunstanus ei dedit vasa argentea magnifici operis S. Benedicto offerenda. Osualdus Abbonem Presbyterum ordinavit, & omnia, quæ ad officium Sacerdotale peragendum necessaria sunt, præter alia, Calicem aureum & plura argentea donavit. Haud diu post reditum Abbonis Oiboldo Abbate Floriacensi defuncto major Pars Congregationis eum Successorem elegit; sed obsistebant quidam Monachi, qui aliquem de Congregatione tanto muneri impari, a se electum, suis machinationibus in possessionem Regiminis miserunt.

Mabill. Sæc. V. p. 776. Quod ex pluribus epistolis Gerberti circa annum 987. nomine Abbatum Diocesis Remensis, Adalberonis Archiepiscopi, & suo nomine tum ad Monachos Floriacenses, tum ad S. Majolum Abbatem Cluniacensem, & Ecbertum seu Eberardum Abbatem S. Juliani Turone, scriptis cognoscimus. Omnes autem epistolæ istæ eo tendebant, ut monachi ad rejiciendum Usurpatorem permoverentur. At
vit. Abb. n. 7. maximo monasterii bono post breve temporis spatium e vita migravit. Vicit itaque major & sanior pars Congregationis, atque Electionem Abbonis Rex Hugo suo

fuo consensu confirmavit. Abbo Monasterii Floriacensis Regimen anno nongentesimo octogesimo octavo suscepit.

Sæculum X.
A. C. 991.

Monachis suis suadebat, ut post jejunia & orationem literarum studium tanquam eximium pietatis conservandæ præsidium amarent. Ipse legere, scribere, aut dictare nunquam cessabat. Postquam Dialecticæ & Astronomiæ operam navasset, lectioni S. Scripturæ & SS. Patrum se dedit, unde complura effata excerptis, & in unum Opusculum collegit, arma semper præsto habiturus, quibus causam suam adversus Arnulphi Episcopi Aurelianensis postulatam defenderet. Quippe ille Præful contendebat, Abbatem Floriacensem, Jurisdictioni suæ Spirituali aliunde subjectum, etiam ad juramentum fidelitatis tanquam Vasallum sibi præstandum obligari. Recusavit id vero Abbo, quoad vixit, dicens, Monasterium suum, quantum spectaret ad temporalia, nemini nisi soli Regi esse subditum. Inde nata est inter Episcopos & Abbates lis universalis, quæ prius locum non habuerat, quia Monasteria erant in potestate Principum Laicorum, aliorumve Episcoporum, qui hujus generis postulata facile excussissent. Verisimile est Episcopos credidisse, id juris sibi competere, quia in Ordinatione Presbyterorum eos ad quoddam juramentum præ-

Mabil. præf.
Sæc. 6. 3.

Conc. Cabil.
6. 18.

Hist. Eccles. Tom. XIII. U u stan-

Sæculum X. præstandum compellere solebant; quæ
 A. C. 993. consuetudo postea in Concilio secundo
 Cabillonensi anno 813. sublata est. Quip-
 pe inter Caremonias Benedictionis Ab-
 batialis etiam hæc erat, quod Episcopi
 hoc juramentum fidelitatis sibi præstare
 Abbates juberent.

Sup. l. LVI.
 §. 5.

§. XXXII.

S. Udalricus Sanctis adscribitur.

tom. 9. Conc.
p. 741. Sub idem tempus Joannes XV. Papa
 Concilium celebravit, in quo S. Udal-
 ricus, anno post obitum ejus vigesimo,
 in Sanctorum numerum relatus est. Ha-
 bitum est hoc Concilium Romæ in Pala-
 tio Lateranensi ultima die Januarii anno
 993. Indictione sexta. Liutolfus Episco-
 pus Augustanus surgens in medio Cœtus
 dixit: Legantur, rogo, coram vobis Scri-
 pta, quæ afferro, de vita & Miraculis
 Udalrici, olim Episcopi Augustani, & de-
 inde, quod visum fuerit, decernite. Hæc
 Scripta illi duo libri esse creduntur, qui
 hodieque supersunt, a Gerardo Presby-
 tero, S. Udalrici Discipulo, compositi.
 Postquam ergo memorata Scripta in Con-
 cilio perlecta sunt, statutum, ut S. Udal-
 ricus memoriam omnes venerentur, ut
 honor Sanctis, eorumque Reliquiis, ex-
 hibitus redundaret in Dominum, qui di-
 xit: *Qui vos recipit, me recipit*, atque
 proinde, ut nos illorum precibus & me-
 ritis

Act. SS.
Sæc. 5. p.
471.

ibid. p. 415.

Matth. 10.
40.

ritis adjvemur. Bullæ hujus rei testi sæculum X.
 Joannes Papa, quinque Episcopi Civitati A. C. 993.
 Romanæ proximi, Presbyteri Cardina-
 les novem, & Diaconi tres subscripse-
 runt. Hæc prima occurrunt Acta au-
 thentica *Canonizationis* a Papa edita,
 quamvis hanc vocem Fideles longe po-
 steriori tempore demum usurpaverint.

§. XXXIII.

Literæ Gerberti adversus Arnulphum.

Utcunque conjecturæ locus est, in eo-
 dem Concilio Romano Joannem XV.
 Papam Depositionem Arnulphi Archie-
 piscopi Remensis, & Ordinationem Ger-
 bertii nullam pronunciaffe. Illud vero
 exploratum, quod, ubi id factum fuisse
 comperit, statim damnaverit, omnibus-
 que Episcopis, qui Concilio Remensi in-
 terfuerant, Sacris interdixerit. At Ger-
 bertus, ratus, non teneri se huic decre-
 to obtemperare, hac de re ad Seguinum
 Archiepiscopum Senonensem scripsit in
 hunc modum: *Dicunt Adversarii nostri,*
quod in Arnulphi dejectione Romani Epi-
scopi judicium expectandum fuit. Pote-
runtne docere, Romani Episcopi judicium
Dei judicio majus esse? Nempe Gerber-
 tus præsumit, Canonicum Episcoporum
 judicium esse judicium Dei. Sed quæ-
 stio supererat, an judicium Concilii Re-
 mensis Canonicum fuerit. Tum prose-
 quitur:

Uu 2

quitur:

A. C. 993.

Mabill.
 Præf. Sæc.
 5. n. 99.

Fragm. Chr.
 Duché. to 4.
 tom. 9. Conc.
 p. 744. post.
 Conc. Rem.
 p. 146.

Sæculum X.
A. C. 993. quitur: *Constanter dico, quod si ipse Romanus Episcopus in fratrem peccaverit, sæpiusque admonitus Ecclesiam non audierit, hic, inquam, Romanus Episcopus præcepto Dei est habendus sicut Ethnicus & Publicanus. Quanto enim gradus altior, tanto ruina gravior est.*

Quod si propterea sua Communionem nos indignos ducit, quia contra Evangelium sentienti nullus nostrum consentit, non ideo a Communionem Christi nos separare poterit, nec a Regno Dei excludere. Neque vero Gregorii Sententia in populum lata, ad Episcopos extendi potest, dum inquit: sive juste, sive injuste obliget Pastor, sententia Pastoris gregi timenda est, non enim Episcopi grex, seu oves dicuntur, sed populus. () Itaque non suspendi debeas a Communionem ob crimen objectum nec confessus, nec convictus, nec haberi tanquam Rebellis, quia ad Concilia venire nunquam detrectasti. (**)* Non est ergo danda occasio nostris æmulis, ut Sacerdotium,

(*) Memorem iterum oportet esse Lectorem, futurum Summum Pontificem, Silvestrum II, ita loqui.

(**) Addidit hic Gerbertus, quod Fleurius omisit, illud S. Gregorii: *Sententia sine Scripto prolata nec nomen Sententiæ habere meretur.* Act. Conc. Tomi VI. Part. I. pag. 731. Unde cognoscimus, vel nullam Sententiam fuisse scriptam, vel saltem in Franciam non pervenisse.

tium, quod ubique unum est, ita uni sub-
 jici videatur, ut ipso pecunia, gratia, me-
 tu, vel ignorantia corrupto, nemo Episco-
 pus esse possit, nisi quem ipsi hæc vitia com-
 mendaverint. Leges communes Ecclesiæ
 sunt Scriptura, Canones, & Decreta Se-
 dis Apostolicæ ab his non discordantia. (*)
 Quicumque per contemptum ab his deviave-
 rit, per hæc judicetur; porro hæc ser-
 vanti sit pax perpetua. Vale, & a Sacris
 Mysteriis suspendere te noli, ne nocens ef-
 ficiaris.

Sæculum X.
 A. C. 993.

Gerbertus hac ampliorem dedit epi-
 stolam ad Wilderodum Episcopum Ar-
 gentoratensem, qui de ejus causa edoce-

Post. Conc.
 Rem. p. 123.

U u 3 ri

(*) Natalis Alexander respondens ad obje-
 ctionem Censorum Religiosorum Tom. XI. in Joan.
 XV. hæc habet: *Loquens tamen de Epistola Ger-
 bertii (qui postea Summus Pontifex fuit Silve-
 ster II.) ad Seguinum Senonensem Archiepisco-
 pum hanc in ea non spernendam sententiam obser-
 vo: Sit Lex communis Ecclesiæ Catholicæ Eu-
 angelium, Apostoli, Prophetæ, Canones Spiri-
 tu Dei constituti, & potius Mundi reverentiæ
 consecrati, Decreta Sedis Apostolicæ ab his non
 discordantia: & qui per contemptum ab his de-
 viaverit, per hæc judicetur, per hæc abjiciatur.*
Hæc Gerbertus. De meo nihil addo.... Sed
ipsis (Censoribus) displicet, quod præclaram
illam Sententiam descripserim, ex qua colli-
gi potest, Ecclesiam secundum Canones, non ar-
bitraria potestate regi.

Sæculum X. ri petierat. Hanc Gerbertus exponit in
 A. C. 993. hunc modum: *Arnulphus, qui filius Lo-*
tharii Regis dicitur, quod Episcopum suum
(nempe Laudunensem) deceptum unacum
urbe prodidisset, unde multum sanguinis
effusum, atque latrocinia & incendia se-
cuta, in Concilio Episcoporum totius Gal-
liæ damnatus est. Mortuo deinde Adal-
 berone Archiepiscopo, a solo Episcopo Lau-
 dunensi reconciliatus, obtinuit Sedem Re-
 mensem, amore pacis ei concessam, & di-
 vis omnibus se ipsum devovit, nisi fidem
 suam, quam Regi astringebat, servaret.
 Sed en, perfidiam! post Ordinationem suam
 sex mensibus vix dum exactis, civitatem
 hosti tradidit, Sanctuarium expilatum
 profanavit, Clericos populumque in capti-
 vitate redegit. Tum ut cautius falleret
 raptoribus anathema ipse dixit, & a Suf-
 fraganeis suis dici jussit. At Ecclesiæ
 suæ fundos Vasallis suis, qui ipsi juramen-
 tum fidei præstiterant, ereptos, hostibus
 dedit, & rebellis militem contra Regem
 suum sub signis Caroli pugnaturum misit.
 Inter hæc Nuncii diriguntur ad Papam,
 deferuntur ad eundem literæ Synodicae,
 quibus Ecclesiæ malis mederi rogabatur.
 Ipso silente, cum Episcopi deliberassent,
 monitus Arnulphus, necessarium esse, ut
 se Canonice purgaret, & per menses octo-
 decim tergiversatus, tandem intelligens,
 se a Principibus deseri, ad Regem venit,
 novis-

novisque iterum Sacramentis obstrictus Sæculum X.
A. C. 993.
convivio adbibetur. Tunc vero ratus, se præterita diluisse, fidem datam recenti defectione fregit. Itaque, quorum intererat amplius a perfido non falli, Ar-
cem Laudunensem vi armorum superant, Arnulphus inter Regis hostes captus, Con-
cilio sistitur, & fidei toties læsæ ratio-
nem reddere compellitur. Tandem post-
quam diu tum solus, tum cum amicis con-
sultasset, ultro crimina sua confessus est,
seque Dignitate Episcopali abdicavit.

Postquam Gerbertus rem ita narra-
vit, addit: De veritate criminum Partes
utcunque consentiunt, sed ejus Defensores
diversa afferunt. Alii dicunt, Regem ei
ignovisse, postmodum autem Arnulphum
nihil nisi venia dignum admisisse. Alii
contendunt, injuriam Papæ esse illatam,
cum Arnulphus sine ipsius Auctoritate de-
positus fuit. Ad istud responsurus Ger-
bertus inter Legem & Consuetudinem
distinguit. Ipso arbitro, in materia Ec-
clesiastica Leges sunt Sacra Scriptura,
Canones Conciliorum, & Scripta Pa-
trum. Tum subjungit: Si omnes Episco-
pi Canones sancte servarent, Pax & con-
cordia in omnibus regnaret Ecclesiis. Nul-
la de Bonis jurgia, nulla de Ordinationi-
bus, nulla de Privilegiis nascerentur.
Agit deinde de criminum diversitate &
Ordine Judiciorum; affirmatque, quan-

p. 128.

p. 132.

U u 4

doqui-

Sæculum X.
A. C. 993.

Gerberti
Epistolæ.

p. 139.

doquidem crimina Arnulphi fuissent manifesta, Episcopus nihil aliud egisse, nisi quod ea effectui dederint, quæ olim Legibus statuta fuissent, ac contumaciam unius anni ad eum, etiam inauditum, condemnandum sufficere potuisse.

Quod ad Papam spectat, inquit deinde Gerbertus, nulla ei illata est injuria, quoniam octodecim mensium spatio per literas & per nuncios causam edoctus respondere noluit. Nec ejus silentium, nec novæ Constitutiones Legibus in Ecclesia dudum receptis præferri debent. Vos igitur, qui Fidem Regibus vestris datam servatis, qui paricidii & proditionis nomen horretis, favete nobis, nobis inquam, Episcopis, qui obedimus Deo magis quam hominibus. Dicunt, Arnulphum a solo Papa judicandum fuisse; quin confessus ab Episcopis secundum Concilium Nicenum deponendus fuit, quamvis etiam falsa de se confessus fuisset, quia tunc saltem falsi contra seipsum testimonii reus esset. ()*

Aliis in Defensionem Arnulphi afferentibus, quod ei Rex qualemcunque culpam remisisset, Gerbertus respondet; Regibus haud datam esse potestatem in animas hominum, sed Episcopis, quorum esset ligare & solvere, id est pœnas Spirituales, quales essent Depositio & Excommu-

(*) Nimius hic est Gerbertus.

comunicatio, delinquentibus irrogare. Sæculum X.
A. C. 993.
 Quamobrem Regum gratia Arnulphi p. 143.
 peccata remitti non posse, qui præterea
 post receptam veniam iterum perjuriis
 & Sacrilegiis se inquinasset. In fine epi-
 stolæ Gerbertus Wilderodum rogat, ne
 calumniatoribus suis fidem adhibeat di-
 centibus, quod Sedem Remensem in-
 vasisset, & Arnulphum captum hostibus
 tradidisset, sed potius apud Episcopos &
 apud Regem suum (nempe Rudolphum
 III. Burgundiæ Superiori dominantem)
 innocentiam suam defendat.

Rex Hugo Epistolam ad Summum
 Pontificem exaravit in hæc verba: *Bea-
 titudini vestræ ego & Episcopi mei per
 Archidiaconum Remensis Ecclesiæ literas
 misimus, in quibus Arnulphi causam vobis
 explanavimus. Sed hoc nunc obsecrando
 superaddimus, ut de me meisque justa de-
 cernatis, nec dubia pro certis recipiatis.
 Nihil nos contra Apostolatam vestrum
 egisse scimus. Quod si absentibus non sa-
 tis creditis, præsentibus vera cognoscite.
 Gratianopolis civitas in finibus Italiæ &
 Galliæ sita est, ad quam Romani Pontifi-
 ces Francorum Regibus occurrere soliti
 fuerunt. Illuc, si vobis placet, iter faci-
 te. At si nos & nostra invisere libet,
 summo cum honore descendentem de Alpi-
 bus excipiemus, morantem ac redeuntem
 debitis obsequiis prosequemur.*

U u 5 §. XXXIV.

Saeculum X.
A. C. 993.

§. XXXIV.

S. Majoli Cluniacensis Obitus.

Sub idem tempus Rex Hugo S. Majolum Abbatem Cluniacensem, quem singulari veneratione prosequeretur, rogavit, ut ad reformandam Abbatiam S. Dionysii veniret. Tunc vero saltem triennium evolutum fuerat, ex quo S. Abbas sibi Coadjutorem elegerat; quippe annis & infirmitatibus fractus more Antecessorum suorum curam gessit, ne Abbatia vacaret, & se vivo Successorem sibi dari voluit. Ergo Odilonem elegit, in Arvernia ex nobilissima Familia Mercuriensi * natum. Eum in prima aetate Clericis S. Juliani Brivatis adscriptum, ubi adolevit, ingens desiderium subiit mundum relinquendi; cumque S. Majolus in Arverniam venisset, & de Odilone juvene, in conspectum suum deducto, optimam spem concepisset, ambo tam tenero affectu juncti sunt, ut post breve temporis spatium Odilo relictis Brivatis * Cluniacum convolans Institutum & habitum Monasticum amplexus fuerit. In via perfectionis strenue progredientem S. Majolus dignum censuit, qui sibi in Regimine succederet. Actum hoc est circa annum nongentesimum nonagesimum primum, quod ex pluribus diplomatibus annorum sequentium, in quibus Odilo

Mabil. Saec.
5. *Ben. p.*
780.

c. 8.

* Mercoeur.
Mabil. Elog.
S. Odil.
Saec. 6.

* Brioude.

Odilo Abbas dicitur, dispicimus. De-
cretum ejus Electionis illi simillimum
est, quod editum, cum S. Majolus eli-
geretur, atque ex quibusdam insertis ver-
bis satis colligitur, eligentes cavere vo-
luisse, ne Odilo oblatam Dignitatem ul-
lo prætextu rejicere posset. Subscripse-
runt primo S. Majolus, deinde Rudolphus
Rex Burgundiæ, Buchardus Archiepisco-
pus Lugdunensis, Hugo Episcopus Ge-
nevensis, Henricus Lausanensis, Hugo
Matisconensis, Gualterius Augustodu-
nensis, quidam alii Præfules aut Proce-
res, & centum septuaginta septem Mo-
nachi. Tantus erat Monachorum Clu-
niacensium numerus. Hæc consuetudo,
quod in Electione Abbatum tot viri sum-
mis Dignitatibus conspicui interessent,
non nullum in Regula S. Benedicti funda-
mentum habebat, atque exinde hujus-
modi Acta omni exceptione majora effi-
ciebantur. Nihilominus S. Majolum tan-
quam Abbatem usque ad obitum suum
omnes venerati sunt, ut ex compluribus
Decretis, quibus subscripsit, patet.

S. Majolus ingravescente senectute
non modo de vitæ rigore nihil relaxabat,
sed etiam multo ferventius Deo servi-
re conabatur. Biennio prius quam e vita
discederet, in publicum prodire nolens
in Monasterio aut in ædibus illius ditio-
nis se continebat. Fratribus tamen præ-
cepta

Sæculum X.
A. C. 993.
to. 6. Spicil.
p. 425.

Sæculum X.
A. C. 993. cepta salutaria suggerebat, ipse inprimis orationi & lectioni intentus. Ex oculis sæpe lacrymæ labebantur, cum cogitaret viros, olim sibi notos, Spiritu Ascetico plenos, qui Religionem unice amabant, & pro Ecclesia omnibus viribus decertabant. Horum memor terrena omnia fastidiebat, & ardentem cupiebat esse cum Christo. In illa solitudine hærentem invenere a Rege Hugone missi cum mandatis, quibus ad Monasterium S. Dionysii proficisci jubebatur. Itaque, quamquam finem suum haud procul abesse augurabatur, itineri se tamen dedit, ratus, se nulla alia ratione melius quam in tam pio labore cursum vitæ consummaturum. Accidit quod optabat; nam cum in Arvernia ad Monasterium sui Ordinis, quod tunc Silviniacum hodieque *Sou-vigni* dicitur, duabus leucis a Molinis * positum, Diocesis Claromontanæ pervenisset, correptus est morbo, ex quo moriturum se cognovit, atque die Veneris altera post Ascensionem Domini *Sup. l. LV.* die, undecima Maji, anno nongentesimo §. 36. nonagesimo quarto, postquam Abbatiam Cluniacensem rexisset annis quadraginta & uno placidissime animam Deo reddidit. Sepultus est in Ecclesia S. Petri, Rege Hugone, cum exequiæ ducerentur, præsentem, qui ejus Sepulchrum, multis editis miraculis postea clarum, magnis

* *Moulins.*

Sup. l. LV.
§. 36.

gnis donis decoravit. Ibidem postero- Sæculum X.
re tempore erectum est Altare, & cor- A. C. 993.
pus e terra elevatum; Ecclesia vero ejus Mart. Rom.
memoriam die qua obiit celebrat. II. Maji.

§. XXXV.

Monasteria a S. Majolo reformata.

Sanctus Majolus magna Ecclesiæ obse-
quia præstitit, per ingentem nume-
rum Discipulorum suorum, & Monaste-
ria, in quæ Disciplinæ rigorem reduxit;
quippe eo consilio Regum & Principum
amicitiam colebat, in paucis carus Ot-
toni Imperatori, Adelheidi Imperatrici,
Ottoni II. eorum filio, Conrado Regi
Burgundiæ Imperatricis fratri, Mathildi
Reginæ ejus uxori, Henrico Duci Bur-
gundiæ, Guilielmo Duci Aquitaniæ, Ri-
chardo Duci Normanniæ, Principibus
Italiæ, Guilielmo Duci Provinciæ, &
Archembaldo Borbonii Dynastæ, qui ma-
xima in Monasterium Silviniacense bene-
ficia contulit. Cum Otto Magnus Im-
perator Monasteria, quæ ipsi tanquam
Regalia subjiciebantur, tam in Italia, *Elog. c. 6.*
quam in Germania curæ S. Majoli com- *p. 373. c. 9.*
misisset, in Italia Monasterium S. Apolli- *p. 785.*
naris prope Ravennam, Cœli aurei pro-
pe Ticinum, & S. Pauli Romæ reforma-
vit. In Francia Disciplinam Regularem
postliminio invexit in Monasterium
Martyrum*, S. Germani Antissiodori, *Marmou-
S. Be. tier.

Sæculum X.
A. C. 993.

S. Benigni Divione, Fescanenſe, & Foſſa-
tenſe S. Mauri. Quatuor præcipui S.
Majoli Diſcipuli fuere Odilo ejuſdem
Suſſeſſor, Guilielmus Divionenſis, Teuto
S. Mauri, & Heldricus Antiffiodorenſis,
qui prius in Regia Ottonis Magni in Ita-
lia verſatus, uxore & ampliffimis prædiis
relictis, Cluniaci Monachum induit.
Cum deinde Henricus Dux Burgundiæ,
Hugonis Capeti frater, S. Majolo Abba-
tiam S. Germani Antiffiodori, quæ jam
longo tempore Abbatibus privata a Præ-
poſitis regebatur, contuliſſet & S. Abbas
diſciplinam reduxiffet, ibidem anno 989.
Heldricum Abbatem præfecit. Eum
omni virtutum genere ſplendentem Hen-
ricus Dux, & Hebertus Epifcopus Antif-
fiodorenſis, Ducis Frater, Hugonis Magni
filius ex Amica genitus, magno in pretio
habuit.

Inter hæc Buchardus Comes Pariſien-
ſis etiam Monafterium S. Mauri reforma-
vit. *Burc.* ri curavit. Mainardus illa tempeſtate
Com. hujus Monafterii Abbas, vir nobili gene-
re natus, ſæcularium mores ſectabatur.
Monafteria Venationi impenſe deditus, quando e
O. S. B. re- Monafterio exhibat, depoſito habitu
formantur. monaſtico, pretioſa corporis capitiſque
veſtimenta induebat. Monachi Abba-
tis ſui exemplum ſequebantur. Attamen
aliquis eorum, ſcandalum non ferens, ſe-
creto ad Comitem Buchardum ſe con-
fert,

fert, & rogat, ut efrenem licentiam Ab-
 batis sifteret. Comes Regem Hugonem
 adit, & sibi hanc Abbatiam, quæ inter
 Regales numerabatur, concedi petit, eo
 potissimum consilio, ut eam reformaret.
 Qua obtenta, Cluniacum contendit, &
 S. Majolum instantissimis precibus fati-
 gat, ut hujus Monasterii Disciplinam
 collapsam restitueret. Cui S. Abbas:
*In Regno vestro magnum Monasteriorum
 numerum habetis, ab iis opem quærite. Cur
 ad nos ignotos & longe a vobis positos veni-
 tis?* Nempe Monasterium Cluniacense in
 Ditione Regis Burgundiæ existebat, & dif-
 ficile erat commercium cum hominibus
 alteri Regi subditis.

Nihilominus S. Majolus, cum Dyna-
 sta inter continuas preces etiam ad ge-
 nua renuentis se se demitteret, flecti se
 passus cum delectis exploratæ virtutis
 monachis viæ se dedit. Ubi ad Matronam,
 nobilem amnem pervenerunt, Comes
 missis nunciis totam S. Mauri Congrega-
 tionem ad se trans flumen venire jubet.
 Parent Monachi, quid ageretur, ne qui-
 dem suspicati. Tunc vero Buchardus
 denunciat; illis, qui cum Majolo Abba-
 te vitam ducere, eique subesse vellent,
 potestatem fieri ad Monasterium suum
 redeundi, ceteri autem, qui ei subjici
 recusarent, abirent, quo luberet, nihil
 præter vestimentum, quo tegerentur, au-
 feren-

Sæculum X.
 A. C. 993.

Sæculum X. ferentes. Monachi discedere maluerunt, & Meinardus Abbas Monasterio Glandifoliensi, Monasterio S. Mauri subiecto, præfectus est, ad S. Maurum vero S. Majolus Teutonem, quem Cluniaco secum adduxerat, Abbatis munere fungi iussit.

Art. SS. Guilielmum Abbatem, S. Majoli Discipulum, in Italia natum, parentes nobiles & divites Deo consecraverant, in Monasterio S. Januarii Locediæ prope Vercellos deinde educatum. Mortua matre, filius patrem suo hortatu eo adduxit, ut & ipse eidem Congregationi adscribi voluerit, in qua Sancte obiit. Episcopo Vercellensi Guilielmum Diaconum ordinare volenti, juramentum ei præstare detrectavit, affirmans, hunc morem abusum esse, & aliquod Simonix genus. Postquam fama percepisset, præclara Disciplina Cluniaci vigeret, desiderium subierat eo commigrandi, cum opportune accidit, ut Majolus Locediam veniret. Ei ergo Guilielmus consilium secreto aperuit, quo approbato S. Abbas promisit, se ubi Roma rediret, eum secum in Franciam deducturum. Ita Guilielmus relicta patria, familia & regione, in qua fundos amplissimos possidebat, S. Majolum Cluniacum secutus, tantos in vita spiritali progressus fecit, ut uno anno elapso S. Abbas eum Presbyterum ordinasset,

Guilielmus
S. Majoli
Discipulus.

Ben. Sæc. 6.
p. 322.

set, nisi ipse se tanto honore credidisset Sæculum X.
A. C. 993.
indignum.

S. Majolus exinde Guilielmum misit ad reformandum Monasterium S. Saturnini ad Rhodanum, vulgo *S. Saurin*, atque eundem post octodecim mensium spatium revocavit, ejus opera Divione usurus. Nam Bruno Episcopus Lingonensis, Monasterium S. Benigni reformare cupiens, S. Majolum adierat, qui monachorum suorum præcipuos numero duodecim, Guilielmo præposito, Episcopo misit. Henricus Dux Burgundiæ Guilielmo postmodum Monasteria Verziacense & Bezense commisit, ut in iis collapsam disciplinam restitueret.

§. XXXVI.

S. Wolfgangi Ratisbonensis extrema.

Eodem anno, quo S. Majolus, Sanctus vit. Sæc. 5.
Ben. c. 15.
p. 819.
Wolfgangus quoque Episcopus Ratisbonensis, postquam illam Ecclesiam annis viginti rexisset, obiit, qui Disciplinam Regularem inter Canonicos, Monachos, & Sacras Virgines reduxit, cum in ipsa civitate Ratisbonensi Monachorum S. Emmerami teporem videret, sæpe dicere auditus: *Si monachos haberemus, non desent nobis reliqua.* Et respondentibus, plures quam opus esset ubique locorum dari monachos, flens ajebat: *Quid prodest Sanctitas Habitus sine operibus?* Hist. Eccles. Tom. XIII. X x nach

Sæculum X. *nacbi Regulam servantes bonis Angelis, &*
A. C. 993 *tepidi malis similes sunt.* Causa mali erat,
 quod jam longo tempore Episcopi Ratis-
 bonenses simul Abbatia S. Emmerami
 fruerentur & Monasterii redditibus in suos
 usus conversis Monachos vitæ necessa-
 ria sibi ipsis comparare cogerent. S.
 Wolfgangus, ut Disciplinam restitueret,
 quemdam S. Monachum nomine Ra-
 muoldum, qui olim cum ipso Henrico
vit. Ramuol. Archiepiscopo Capellanus ab obsequiis
Sæc. 6. p. 3. fuerat, e Monasterio S. Maximini Trevi-
 ris evocatum, Monasterio S. Emmerami
 Abbatem præfecit.

Non nullis, Episcopo a consiliis, mi-
 nime probantibus, quod redditus pingues
 Successoribus suis subtraheret, quibus
 Antecessores potiti essent, respondit:
*Nolo in me suscipere onus viribus meis
 majus. Satis laboris est munere Episco-
 pali bene fungi, nolo curas Abbatis su-
 peraddere. Absit, ut Bona Monasterii
 S. Emmerami distrabam, sed in hunc usum
 impendam, cui a Fundatoribus addicta
 sunt.* Ita Ramuoldus Abbas Regulæ ri-
 gorem in hoc Monasterium reduxit, cum
 opes abunde non modo ad alendos mona-
 chos, sed etiam ad hospites advenientes
 excipiendos, & eleemosynas erogandas
 suppeterent. Simili industria S. Wolf-
 gangus etiam Virgines Sacras, & Canoni-
 cos ad observandam Regulam compulit.
 Sæpe

Sæpe dicebat ad populos suos magno fervore Pastorem auscultantes. Simplex erat oratio & captu facilis, gravis tamen & movens. Usque ad intima cordium penetrans saluberrimas lacrymas eliciebat. Dœcesim suam visitans S. Episcopus Parochos officii sui commonebat; inprimis vitæ puritatem conservarent, & ne putarent, quod aliqui sibi peperam fingeant, Sanctam Communionem eorum peccata sine præcedente pœnitentia delere. Cum comperisset, quosdam invenire esse, qui deficiente vino in aqua pura, vel in alia re potabili Missam celebrarent, hos severe reprehendit, atque ut omnem prætextum auferret, vinum e sua cella Sacrificio adhibendum iis suppeditavit.

Otto II. Imperator, ut novellam Christi vineam in Bohemia rigaret, Sedem Cathedralem in quodam loco, Diœcesi Ratisbonensi subjecto fundaturus, missis ad S. Wolfgangum Legatis rogari eum iussit, ut pro illa regione, in qua novus Episcopatus conderetur, alios in Bohemia fundos reciperet. S. Wolfgangus de hac re cum Clericis suis consultavit, qui omnes rejiciendum esse Imperatoris postulatum censuerunt. At viro Sancto alia sententia stetit, optatissimam occasionem fidem Christi propagandi negligere nolenti. Ergo & hanc permuta-

X x 2 tionem

Sæculum X.
A. C. 993.

c. 17. 18.

c. 19.

c. 23.

Missæ in
aqua.

c. 24.

c. 29.

Saeculum X.
A. C. 993. tionem ratam habuit, & ipse sua manu
Decretum conscripsit. Nova hæc Cathedra-
lis Ecclesia non nominatur; Pragen-
sis vero non fuit, utpote jam anno non-
Sup. l. LVI. gentesimo sexagesimo nono, nempe annis
§. 17. sex, priusquam S. Wolfgangus Episco-
patum susciperet, fundata.

c. 38. Tandem ad partes Bavarix, qua Orien-
tem spectat, iter facientem febris corri-
puit; cumque ad locum *Pupping* dictum
in ripa Danubii positum pervenisset, in-
gravescente morbo subsistere coactus
in quoddam Sacellum S. Otuari deferri
voluit. Ibi aliquantisper refocillatus,
peccata sua confessus est, accepit Viati-
cum, & humi prostratus in eo situ perse-
veravit. Ecclesiæ custodes, & qui Epi-
scopo a cubiculis erant, omnes accu-
rentes excedere excepta ipsius familia &
cognatis jubebant; sed vir Sanctus dice-
bat: *Aperite portas, cunctos, quicumque
voluerint, sinite buc intrare. Nullius rei
nisi tantum peccatorum nostrorum in mor-
te nos pudeat. Jesum Christum, mortis
Imperio neutiquam subditum, non puduit
nudum in cruce mori. Quilibet, cum me
morientem videt, discat, quid sibi aliquan-
do pertimescendum sit, quid ante mortem
fugiendum. Deus misereatur mei, pecca-
toris, jam jam morituri, & omnium il-
lorum, qui mortem cum timore Domini
& humili corde suscipient.* Hæc effatus,
oculos

oculos clausit, & in pace expiravit, ultima die Octobris anno nongentesimo nonagesimo quarto. Ratisbonam translatum Hartwicus Archiepiscopus Salisburgensis in Ecclesia S. Emmerami sepelivit. Ceterum sicut prius vivus, ita etiam mortuus in Sepulchro multis prodigiis claruit. Ecclesia vero ejus memoriam ipsa obitus die colit.

Sæculum X.
A.C. 994.

Mart. Rom.
31. Octob.

§. XXXVII.

Concilium Mosomense.

Joannes XV. Papa, ut causam Ecclesiæ Remensis finiret, misit Legatum in Franciam, SS. Alexii & Bonifacii Romæ Abbatem, qui Pontificis nomine Concilium in Diocesi Remensi indixit. Cui initium datum est Mosomi in Ecclesia Dominæ Nostræ, secunda die Junii, Indictione octava. Sed plures haud interfuere quam Liutolfus Archiepiscopus Trevirensis, & tres Episcopi, Aymo Verdunensis, Notgerus Leodiensis, & Sigefridus Monasteriensis, ex Regno Germaniæ omnes. Leo Legatus in medio eorum confedit, & Gerbertus Archiepiscopus in parte adversa, tanquam Ordinationis suæ rationem redditurus. Complures Abbates quoque, & Godefridus Dux Lotharingiæ cum quibusdam aliis Laicis aderant. Silentio a præcone imperato, surgens Aymo Episcopus Verdunensis

tom. 9. Conc.
p. 747.

X x 3 nensis

Sæculum X.
A. C. 994. nensis profatus est, lingua Gallica utens (id est, ut opinor, lingua Romana seu Latina vulgari, unde nostra originem duxit) dixit vero; Joannem Papam, postquam Episcopos Galliarum ad celebrandum Aquisgrani Concilium, unde postea Romam venirent, in cassum hortatus fuisset, tandem in Provincia Remensi Concilium indici voluisse, ut ex Legato suo perciperet, quænam argumenta Pars utraque de Depositione Arnulphi & Electione Gerberti afferret. Mox protulit Bullam plumbeo sigillo munitam, quam dissolvens coram omnibus recitavit.

Qua perlecta surgens Gerbertus dixit: *Semper quidem, Reverendissimi Patres, hanc diem præ oculis habui, spe ac voto ad eam intendi, ex quo a Fratribus meis admonitus istud Sacerdotii onus non sine periculo capitis mei subii. Tanti erat apud me pereuntis populi Salus, tanti erat illorum auctoritas, qua me tutum fore existimabam. Recordabar præteritorum beneficiorum, atque dulcis Benevolentie vestrae, quam sæpe expertus fueram; cum ecce subitus rumor vos offensos insinuat. Horrui, fateor, & quos ante formidabam, gladii inimicorum meorum, indignatione vestra minus malum videbantur. Nunc vero, quia propitio Numine coram illis sto, quibus salutem meam semper commisi, paucis de innocentia mea disseram.*

Ego

Ego quippe post obitum Ottonis Au-
 gusti, cum a clientela Patris mei Adalbe-
 ronis non discedere statuissem, ille non co-
 gitantem ad Sacerdotium evexit, & mo-
 riturus coram illustribus viris futurum
 Ecclesie, quam deserebat, Pastorem desi-
 gnavit. Sed Simoniaca hæresis me repul-
 so Arnulphum prætulit. Cui tamen plus-
 quam oportebat fidum obsequium præbui,
 donec ipsum seditionem movere manifeste
 cognoscens, ab eo & omnibus consciis re-
 cessi, nulla spe, aut ambitione permotus,
 sed ne flagitii particeps fierem. Post-
 quam deinde diu frustra citatus fuit, &
 præfixum contumacibus tempus effluxit,
 cum nihil aliud restaret, nisi ut Principis
 Judicio coerceretur, & tanquam rebellis
 ab Archiepiscopali Cathedra pelleretur,
 iterum a Fratribus meis & Regni Opti-
 matibus commonitus sum, ut curam dere-
 licti & oppressi populi susceperem. Diu
 distuli, & invitatus acquievi, quoniam
 quanta pericula me comitarentur, perbe-
 ne intellexi. Hac, coram Deo, viarum
 mearum simplicitas fuit.

Accusor, quod Dominum meum pro-
 diderim, carceri mancipaverim, ejusque
 Sedem invaserim. An vero Dominus
 meus fuit, cui nullum Sacramenti genus
 unquam præstiti? etsi enim ad tempus fa-
 mulatus sum, id ex imperio Patris mei
 Adalberonis feci, qui, me in Ecclesia Re-

Sæculum X.
 A. C. 994.

Gerbertus
 causam dicit,
 ep. 24. bis.

Sæculum X. *mensi commorari, præcepit, quoadusque*
A. C. 995. *dignoscerem, quibus moribus novus Epi-*
scopus viveret. Quod dum operior, bo-
stium præda factus sum, & quæ vestra mu-
nificentia magnorumque Ducum largitas
in me contulerat, violenta prædonum ma-
nus abstulit, meque pæne nudum gladiis
suis ereptum doluit. Denique postquam
Rebellem reliqui, nullo modo ei communi-
cavi. Quomodo ergo eum hostibus tradi-
di, qui ubi tunc temporis fuerit nescivi?
Sed nec ego causa sum, quod carceri inclu-
sus fuerit, qui nuper præsentibus vivis
fide dignis Regem Dominum meum roga-
vi, ne ad momentum propter me in custo-
dia detineretur. Si enim mea apud vos
valeret auctoritas, usque adeo Arnulphus
vilesceret, ut mihi nulla ratione obesse
posset. Quod si sententia vestra, quod
absit, mihi adversetur, mea parum intere-
rit, utrum Arnulphus vel alius Remorum
Episcopus constituatur.

Illud deinde sibi objectum, quod Se-
dem alterius invalisset, Gerbertus non
fatis diluit, dicens, Arnulphum non po-
tuisse haberi Sponsum Ecclesiæ, quam
Simonix scelere perdidisset. Interrogat
etiam, quomodo Ecclesiam populorum
multitudine refertam advena & peregrinus
nullis fretus opibus obtinere potue-
rit? Sibi ipsi postea objicit, maximi mo-
menti Causam, inconsulta Sacra Sede
per-

tractari, non debuisse, & respondet, Pa-
 pam omnia causæ adjuncta fuisse edo-
 ctum, atque ejusdem per octodecim men-
 ses fuisse expectatam sententiam. Post-
 ea quoque Episcopis Galliæ tantam fuis-
 se S. Sedis reverentiam, ut Arnulphum
 non nisi ore proprio confessum damna-
 sent, & tunc denique quando innocens
 nulla amplius ratione haberi potuisset.
 Tum repetit, sibi reluctanti Archiepisco-
 palis muneris onus fuisse impositum, &
 si forte a Sacris Legibus in aliquo fuisset
 deviatum, id non malitia sed temporum
 iniquorum, a quibus nec Episcopi tuti
 essent, necessitate cogente factum.

Hæc Gerberti oratio magis ab arte
 bene dicendi, quam a candore commen-
 datur, quod Lector ex superioribus, quæ
 retuli, præsertim ex ejus epistolis judi-
 care potest. Cum perorasset, Scriptum
 Legato tradidit, a quo Papæ simul epi-
 stolam accepit. Tunc autem Episcopi
 e Concilio egressi cum Duce Godefrido
 deliberant. Moxque advocatum Ger-
 bertum rogant, ut Joannem Leonis Ab-
 batis Monachum ad Regem Franciæ ho-
 norifice deduci curaret. Gerberto id se
 facturum adpromittente, Episcopi Con-
 cilium prima Julii Remis celebrandum
 indicunt. Jamque Concilium Mosomen-
 se solutum videbatur, cum post aliquod
 temporis spatium Episcopi ad Gerbertum

Sæculum X.
 A.C. 995.

De Gerberto
 judicium.

Sæculum X. remeantes nomine Leonis Legati infi-
A. C. 995. nuant, ipsi usque ad Concilium Remen-
 se ab officio Divino esse abstinendum.
 Gerberto reclamante reditur ad Lega-
 tum, cui Gerbertus; Nec cuiquam Epi-
 scopo, nec Patriarchæ, nec ipsi Papæ po-
 testatem esse Fidelem excommunicandi,
 nisi propria confessione vel aliunde con-
 victum, aut in Judicium venire contu-
 maciter recusantem. Sibi vero nihil eo-
 rum objici posse, quin se solum ex omni-
 bus Galliæ Episcopis ad hoc Concilium
 contulisse. Denique cum sibi nullius cul-
 pæ conscius esset, nequiquam commissu-
 rum, ut a se ipso damnatus videretur.

Nihilominus tandem Liutolfo Archi-
 episcopo Trevirensi, cujus pietatem &
 modestiam diu perspectam habebat, vi-
 ctas manus dedit Gerbertus. Nempe
 Archiepiscopus fraterno affectu mone-
 bat, ne Adversariis suis occasionem scan-
 dali præberet, & speciem contumaciæ in
 Decreta Summi Pontificis, suadebatque,
 ut Sacræ obedientiæ studio Missam non
 celebraret usque ad primam Julii diem,
 qua alterum Concilium initium sumeret.
 Gerberto acquiescente tunc quidem Epi-
 scopi post Concilium Mosomense in di-
 versa discesserunt. Sed longior quam
 credebatur inter istud & Remense Con-
 cilium intercessit mora; quippe quam-
 diu Rex Hugo in vivis egit, Gerbertus
 Archi-

Archiepiscopus Remensis, & Arnulphus Sæculum X.
A. C. 995.
in carcere Aurelianensi captivus fuit. (*)

§. XXXVIII.

Adalbero II. Episcopus Metensis.

Illa tempestate Ecclesiæ Metensi Episcopus præerat Adalbero II. ex Friderico Duce Lotharingæ & Beatrice Regis Hugonis Capeti sorore genitus. Pro eo, in Abbazia Gorziensi primis literis imbuto, Episcopo Theodorico fati functo, Beatrix mater Episcopatum Metensem ab Imperatrice Adelheide, cum Otto III. vit. Bibl. Labb. to. I. p. 670. Mabill. Sæc. 6. Ben. p. 29.
mino-

(*) In Actis Concil. Concilio huic Remensi apponitur annus 995. non vero, ut ex Fleurio sequitur annus 998. In margine tamen addita est Adnotatio Patris Grabrielis Cossartii S. J. in hæc verba: *Persuasit sibi Baronius, quem Binus, ut in omnibus solet, secutus est, tantam fuisse Hugonis Regis erga Rom. Pont. reverentiam, ut obsecutus sit huic posteriori Remensi Synodo, eductumque de carcere Arnulphum restituerit: quamquam ipsum ut germen Carolinæ Stirpis, sibi adversantem expertus esset. Hunc in errorem inductus est ab Aymoini continuatore at restitutum Arnulphum non fuisse, neque Aurelianensi e carcere eductum, nisi annis post Leonis Legationem ac Synodum tribus, jam functo Hugone Rege, Roberto solo regnante, Gregorio V. Pontifice, discimus ex Aymoino in libro de vita S. Abbonis &c.*

Sæculum X. minorennis esset, obtinuit. Electus est
A. C. 995. ergo Adalbero decima sexta Octobr. an-
 no nongentesimo octogesimo quarto, &
 die Dominica vigesima octava Dec. in
 Festo Innocentium ab Ecberto Archiepi-
 scopo Trevirensi consecratus, omnibus
 hominum ordinibus, etiam Judæis, ca-
 rissimus. Monachos affectu tenerrimo
 & singulari complectebatur, unde sæcu-
 laribus conquerendi occasio nata, quod
 soli monachi totum Episcopi pectus oc-
 cuparent. Monasterium S. Symphoria-
 ni & quædam alia, item Hospitium Me-
 tense, in quod Virgines Religiosas immi-
 sit, restauravit.

Adalbero Romam profectus, sedente
 Joanne XV. ab eo honorifice exceptus
 est. Missam celebrans aut Sacra Sacra-
 menta administrans semper sub pretiosis
 vestibis cilicium gerebat. In Vigiliis so-
 lemnium Festorum nihil cibi sumebat,
 Quadragesimam in Monachorum con-
 sortio ut plurimum in Monasterio Gor-
 zienti transigebat, cuius loci disciplina &
 tranquillitate mire delectabatur. In eo
 autem maxime singularis charitas eni-
 tuit, cum sæpe una die pauperes centum
 ardenti ulcere, communi illo tempore in
 Burgundia peste, afflictos suis manibus
 lavit, fovitque.

In quodam Concilio, sub initium Re-
 gni S. Henrici habito, Conradum Ducem
 Auftra-

Austrasiæ propinquum suum intrepide de- Sæculum X.
tulit, quod feminam, quam proxima agna- A. C. 995.
tione contingebat, duxisset, spreuitque
periculum, cui exponebatur, potentem
Principem offendens. Raptores Bonorum
Ecclesiæ aut pauperum strenue perseque-
batur, & Censuras Ecclesiasticas conte-
mptas arrepto gladio sæculari castiga-
bat, eorum agros vastabat, Arcesque di-
ruebat. (*) Presbyterorum filios, ubi
aliunde dignos judicabat, dissimulato na-
tali probro ordinabat. Creavit au-
tem Presbyteros ultra mille, Clericis in-
ferioribus non numeratis. Postquam
hac ratione Ecclesiam Metensem annis
plusquam viginti rexisset, obiit decima
quinta Dec. anno 1005. & in Ecclesia S.
Symphoriani sepultus est.

§. XXXIX.

*S. Bernwardus Episcopus Hildeshei-
mensis.*

In Saxonia, Gerdago Episcopo Hildes- vit. n. 6.
heimensi satis functo, Bernwardus, Art. SS.
Regis Ottonis III. præceptor communi Ben. Sæc. 6.
omnium consensu Successor eligitur, & p. 204.
com-

(*) Omnino coercendi sunt Censuræ Eccle-
siasticæ contemptores; non autem Episcopi sed
Principis gladio. Unde Adalberonis zelus ad-
versabatur mansuetudini Ecclesiæ, quæ gladio
sæculari non utitur.

Sæculum X. compluribus aliis nobilibus, inter Cleri-
 A. C. 995. cos Palatii ministrantibus, præfertur.
Sup. l. LVI. Eum Willegisus Archiepiscopus Mogun-
 §. 58. tinus, ipsius Metropolitanus, decima quin-
 ta Januarii anno nongentesimo nonagesi-
 mo tertio, Indictione sexta, consecravit.
 Adhuc juvenis morum gravitate senes su-
 perabat, maximam noctis partem oratio-
 ni dabat, in officiis divinis assiduus. Mis-
 sa Solemni peracta, cunctos, qui in con-
 spectum admitti petebant, audiebat; tum
 succedebat ejus Eleemosynarius, per cu-
 jus manus plusquam centum pauperi-
 bus alimenta. & non nunquam pecunias
 distribuebat. Artifices, quibus varia ope-
 ra perficienda committebat, sua præsen-
 tia sæpius excitabat ad sedulitatem. Ho-
 ra nona prandebat multos Clericos Lai-
 cosque mensæ adhibens, cunctis silentium
 servantibus, ut lector exaudiri posset.
 Contra leges frugalitatis nunquam pec-
 cabat.

Omniū artium amantissimus, ubi
 Episcopus fuit, eas impensius coluit. Li-
 bros describi non solum in Monasterio
 Ecclesiæ suæ Cathedralis, sed etiam in
 pluribus aliis locis jubebat, unde Biblio-
 thecam locupletissimam tam librorum
 Ecclesiasticorum, quam Philosophicorum
 collegit. Artem pingendi, opera mu-
 siva, fabrilia, tam ex ferro, quam ex auro
 ad perfectionem deduci cupiebat, accu-
 rate

rate conquirens dona, ab exteris Regi ^{Sæculum X.}
 missa, quæ aliqua ars usque eo ignota ^{A. C. 995.}
 commendabat. Juvenes, quibus naturâ
 raras dotes & ingenium dederat, his ar-
 tibus informandos optimis magistris tra-
 debat suis expensis alendos. Quamvis
 vero Bernwardus Boni Pastoris officiis
 semper esset intentus, tam strenue præ-
 terea Regi & Reipublicæ serviebat, ut
 aliis Optimatibus invidia dignus videretur.
 Piratas Barbarosque Saxoniam jam
 plurimis annis infestantes sæpius ipse vel
 suis turmis, vel etiam amicorum copiis
 auctus repulit. Verum prædones utra-
 que Albis ripa, & fluvio navigiorum ca-
 paci, soli potiebantur, unde in totam Sa-
 xoniam diffusi, usque ad portas Hildes-
 heimensis civitatis excurrebant. Qua-
 re Bernwardus, ut Barbarorum ferociam
 reprimeret, duas in diversis locis suæ
 Diœcesis Arces condidit, & impositis
 præsidiis securitatem patriæ præstitit.

Hisce expensis gravatus nihilominus
 Ecclesiam suam acquisitis multis fundis
 ditavit, pristinos excoluit, & pulcherri-
 mis ædificiis decoravit. Ecclesiæ suæ
 Cathedralis parietes exquisitis picturis
 & laquearibus ornavit, permulta vasa ar-
 gentea in officiis Divinis adhibenda, in-
 ter alia calicem aureum viginti librarum
 donavit, claustra muro & turribus cir-
 cumdedit. Tandem Sacellum magnifi-
 centiæ

Sæculum X.
A. C. 995.

centiæ singularis ædificavit, in quo pars veræ Crucis, a Rege Ottone III. dono accepta, quæ complura miracula edidisse ferebatur, asservaretur, atque illud anno nongentesimo nonagesimo sexto, ordinationis suæ quarto, decima Septembris Deo solemnî ritu consecravit.

§. XL.

S. Adalbertus in Bohemiam revocatur.

Act. SS.
Ben. Sæc. 5.
p. 870. Boll.
23. Apr. 10.
Il. p. 183.
Sur. vit. n.
25. p. 858.

In Bohemia Boleslaus Dux, intelligens quantum absente S. Adalberto periclitaretur Ecclesia, postquam cum Clericis suis consultasset, ad Willegisum Archiepiscopum Moguntinum nuncios misit, qui dicerent: *Aut remitte nobis Adalbertum, Pastorem nostrum, quod præprimis exoptamus, aut alium nobis ordina.* Archiepiscopus veritus, ne populus Neophytus in pristinos errores relaberetur, Romam misit Legatos duos, Radlam, S. Viri Discipulum, & Zraqum monachum, ambos Ducis fratres, cum epistolis, in quibus Papam rogabat, ut Adalbertum redire juberet. Igitur Johannes XV. Romæ in hac causa Synodum convocavit anno nongentesimo nonagesimo quarto. Diu tenuit contentio inter Legatos Episcopum suum repetentes, & Romanos tantum virum retinere cupientes. Sed vicerunt tandem Legati,

gati, dixitque Papa: *Reddimus vobis vi-* Sæculum X.
rum ea conditione, ut eum populus fide- A. C. 995.
ter custodiat, & præcipienti morem ge-
rat; si vero Bobemi in peccatis suis perse-
veraverint, merito pervicaces deseret.

Ita Legati Adalbertum reduxerunt, postquam annis quinque inter monachos eorundem institutum professus fuisset. Pragam pervenientem omnis populus obviam procedens inter maximæ lætitiæ signa excepit, & prolixè fidem & obedientiam in omnibus, quæcunque præcepturus esset, promisit. Sed brevi post pristino subeunte tepore in vitia, quæ paulo ante damnaverant, relapsi sunt. Cum viri cujusdam nobilis uxorem accusatam, quodcum Clerico adulterio libidinata esset, Mariti propinqui pro more Gentis ad pœnam capitis deposcerent, illa ad Episcopum confugit, qui ut misellæ vitam servaret, eam Monasterio feminarum S. Georgio Sacro inclusit, & homini fido clavem Ecclesiæ commisit. Adveniunt noctu ad ædes Episcopi mulieris infectatores, queruntur, quod obfisteret leges patriæ servantibus, & ream sibi tradi clamore ingenti postulant. Ille, fratres qui apud ipsum erant, osculatus, se se eorum precibus commendat. Tum in medium furiosorum ruens, *si me ad mortem quæritis, inquit, adsum.* Cui aliquis illorum: *Martyrii*

Hist. Eccles. Tom. XIII. Y y glo-

Sæculum X.
A. C. 995.

gloriam ambis, quam neutiquam consequeris. Sed nisi statim adulteram reddis, fratres tui in potestate nostra sunt, in quorum uxores, liberos, agros iram conceptam effundemus. Dum in istis jurgiis morantur, nescio quis proditor virum indicat, cui Episcopus loci, in quo femina delitescebat, custodiam commiserat. Hunc persecutores illico mortis intentatæ metu eo adigunt, ut aditum aperiret. Tum mulierem infelicem, altaris cornu frustra complexam, abstrahunt, & cervicem abscindunt.

aliavit. n. 16.
p. 867.

S. Adalbertus post reditum ad convertendos Hungaros, populos Bohemæ vicinos, animum adjiciens præmissis Prædicatoribus ipse eo se contulit, & prima Religionis Christianæ semina sparsit. Hungari illa tempestate Ducem venerabantur Geisam, cujus filium Adalbertus Sacro fonte abluit, vitæ Sanctitate postea illustrissimum.

S. Episcopus indocilis populi pervicacia irritatus, secundo Romam profectus, ad monasterium SS. Alexii & Bonifacii sub Regimine Leonis Abbatis, ejusdem qui Legati munere in Francia defunctus fuerat, rediit. In illo Monasterio versabantur Græci, sequentes Regulam S. Basilii, & Latini sequentes Regulam S. Benedicti. Porro ex utraque natione quatuor viri memoratu digni sunt, quos
singul-

singularia merita celebrabant. ^{Græci} ^{Sæculum X.}
 quatuor erant, Gregorius Abbas, Nilus ^{A. C. 995.}
 Pater, nempe ut puto S. Nilus Roscia-
 nensis, Joannes Infirmus, Stratus, simpli-
 citate & pietate Angelis comparandus.
 Quatuor Latinos, scilicet Joannem sapien-
 tia, Theodorum silentii studium, alte-
 rum Joannem innocentia, Leonem sim-
 plicem mirum donum prædicandi ex
 tempore Verbum Dei, commendabant.
 Leo olim Nonantulæ in Longobardia Ab-
 bas, postquam huic Monasterio annis ^{Mabill. Sæc.}
 duobus præfuisset, illud Ottoni Impera- ^{5. p. 898.}
 tori cum Baculo pastorali reddiderat. ^{903.}
 Romam deinde veniens, in Canobio S.
 Bonifacii simplex monachus fuit, ubi vi-
 tam Sancto sine clausit. Hic alius est a
 Leone ejusdem Monasterii Abbate.

§. XLI.

Manso Abbas Cassinensis.

Aligerno Montis Cassini Abbati, anno ^{Sup. §. 2.}
 nongentesimo octogesimo sexto vita ^{Chro Cass.}
 functo, succedens Manso Monasterium an- ^{l. II. c. 12.}
 nis decem rexit. Is antea S. Magni pro- ^{Mabill. Sæc.}
 pe Fundos Abbas, Regimini Montis Cas- ^{5. p. 652.}
 sini magis auctoritate Pandolfi, Principis
 Capuani, Propinqui sui, quam Monacho-
 rum consensu admotus est. Unde non
 nulli eorum præcipui ex illa domo mi-
 grare maluerunt, quam sub ejus pote-
 state remanere. Ex illis postea duo ejus-

Sæculum X.
A. C. 995

dem Monasterii Cassinensis dignitatem consecuti sunt, tres Jerosolymam peregrinati, quinque in Longobardiam profecti ibidem quinque Monasteriorum Ordinis sui Auctores extiterunt. Mansoni Abbati res Monasterii temporalis in primis curæ fuit, quæ compluribus Donationibus, ipso clavum tenente factis, aucta est; sed principis magis quam monachi moribus vivebat. Per multos viros nobiles sibi ab obsequiis habebat, vestibus holosericis splendidos, ipse in Palatio Imperatoris frequens.

vit. Nil.
p. 149.

Cum S. Nilus quadam die Mansonem invisurus venisset, eum in Monasterio S. Germani infra montem, loco aquarum circumfluentium copia & situs amœnitate jucundissimo, habuit, balneo lotum & cum Primariis majoris Monasterii hilariter prandentem. Tum S. Vir eum in Ecclesia expectans audit Citharistam in Refectorio fidibus canentem; moxque ad socios: *Mementote verborum meorum, Fratres mei, non tarda in vos homines veniet ira Domini. Surgite abeamus hinc.* Nondum elapsus erat annus, cum S. Nilum vera dixisse omnes experti sunt.

Chro. s. 16.

Quippe Manso Abbas civium Capuanorum invidiam, præsertim extruptione novæ Arcis, usque adeo accendit, ut in ejus perniciem conjuraverint, suspicati, Abba-

Abbatem ambitiosum Monasterio non ^{Sæculum X.}
contentum etiam Principatum affectare. A. C. 995.

Capuanorum furorem adjuvit nequitia Adalberici Marforum Episcopi, qui Ecclesia sua cuidam filio, ex meretrice suscepto, tradita, Abbatiam montis Cassini sibi ipsi quærebat. Igitur, cum quibusdam pessimis monachis & civibus Capuanis consilium nefandum aperuisset, pollicitus est se centum libras Papiensis monetæ daturum, si excœcato prius Abbate Monasterium montis Cassini in suam potestatem redigerent. Idque ita inter illos firmatum, ut mediam partem pretii Adalbericus ante inceptum facinus, & alteram cum erutos Abbatis oculos ipsi tradidissent, solveret.

Itaque conscii Mansonem adeunt, rogantque, ut Capuam ad ipsos veniret, ubi litem justo Iudicio finirent, & Abbate, qui suspectam eorum fidem habebat, negante, se tuto illuc commeare posse, super Sacra Evangelia jurant, se eum Capuam comituros, & postea ad S. Benedictum saluum & incolumem reducturos. His verbis insignis dolus adornabatur; nam cum vulgo mons Cassinus S. Benedicti Ecclesia diceretur, illi aliam Ecclesiam S. Benedicti intra muros Capuanæ civitatis mente intelligebant. Ita deceptus Abbas ducentes secutus est. Sed ecce, ubi ad illam Ecclesiam pervenerunt,

Sæculum X.
A. C. 995.
nerunt, illico injectis manibus Abbati oculos evellunt, & diligenter linteolo involutos, Episcopi Adalberici nunciis transmittunt, qui acceptos ad Dominum suum delaturi viam ingrediuntur. Verum cum in quodam loco haud procul a Marforum urbe itinere fatigati substitissent, cibum sumpturi & curaturi corpora, atque hominem illac prætereuntem per otium interrogassent, num aliquid novi sciret? ille respondit: *Episcopus bujus Diæcesis mortuus est.* Iphis primo ridentibus & fidem non adhibentibus, viator rem ita se habere iterum affirmare, & diem horamque obitus accurate notatam referre. Tunc vero Nuncii, defossis in eodem loco, quos portabant, oculis, conscensis equis celeriter ad domum Episcopi convolant, & a narrantibus domesticis percipientes, qua die, qua hora extinctus esset, obstupescunt, eum illo ipso temporis momento expirasse, quo Abbati oculi effodiebantur. Abbas vero oculis orbatus exinde post menses circiter tres, scilicet octava Martii anno 996. e vita abiit.

§. XLII.

Ecclesia Constantinopolitana.

Cedr. to. 2.
p. 702. Constantinopoli Nicolaus Chrysoberges Patriarcha defunctus est, postquam annis duodecim & octo mensibus Pontificatum

ficatum gessisset. Complures Presbyteri & multi monachi, non obstante, quod pacta concordiae anno nongentesimo vigesimo inita fuissent, ob quartas nuptias Leonis Philosophi Imperatoris ab aliorum Communionem recesserant, qui sub hujus Patriarchae regimine ad unitatem regressi sunt, in quodam Concilio, de quo nobis nihil nisi Acclamations super sunt. Libet aliquas exscribere: *Annos plurimos Imperatoribus orthodoxis Basilio & Constantino! Annos plurimos Nicolao sanctissimo Patriarchae Oecumenico!* Deinde memoriam & laudem aeternam precantur defunctis Imperatoribus & Patriarchis, quibus Photius inter Ignatium & Stephanum inseritur. Anathematizantur omnia, quae contra traditionem Patrum acta sunt. Item omnibus illis anathema dicitur, qui Ecclesiam calumniabantur, quasi vero quartas nuptias approbasset, & Disciplinae (*) puritatem maculasset, quando in Leonis Imperatoris Nuptiis dispensatum, & superiore tempore transactio inita. Nicolao e vivis erepto Sisinnius Magister officiorum anno Mundi sexies millesimo quingentesimo tertio, Jesu Christi nongentesimo

Saeculum X.
A.C. 995.

Sup. l. LIV.

S. 55.

Jus Græco-Rom. lib. 2.
p. 108.

Y y 4

nona-

(*) Plane, rem Disciplinae Ecclesiasticae in SS. Paginis nullibi prohibitam ad insaniam usque urgebant Græculi.

Sæculum X. nonagesimo quinto, Indictione octava,
A.C. 995. Patriarcha Constantinopolitanus ordinatus est, vir doctus, & arte medicinæ excellens. Sedem tenuit annis tribus.
Cedr. ibid. Successorem habuit Sergium Abbatem Monasterii de *Manuel*, ex familia Photii oriundum, qui annis viginti Sedem occupavit.
p. 717.

§. XLIII.

S. Niconis Armeni extrema.

Primos, quibus Sergius sedit, annos S. Nicon Armenus vitæ supremos habuit. Is relicta Insula Creta in Epirum navigaturus Lacedæmonem † se recepit, unde cum S. Viri fama late spargeretur, circa annum nongentesimum octogesimum primum Basilius Apocaucus, illius provinciæ Præfectus, missis nunciis rogavit, ut ad se Corinthum veniret, quippe se sperare, S. Viri præsentia a morbo, quocum conflictabatur, liberari posse, & a metu Bulgarorum, qui Epirum depopulati, in Peloponesum perniciem illaturi ferebantur. S. Nicon Corinthum appulit, & non solum ægrum sanavit, sed etiam formidinem abstulit, significans, Bulgarios alio cursum flexisse.

Haud longo post tempore, S. Nicon Amyclis, alia Peloponesi civitate, diversante, primarii Lacedæmoniorum cives certatim ad eum convolant enixe oran-

† hodie My-
 sitra
Sup. l. LVI.
§. 25. vit. ep.
Baro. an.
 981.

orantes, ut eorum urbem a pestifera lue ^{Sæculum X.}
 purgaret. Ille petitioni annuit addita ^{A. C. 995.}
 conditione, si Judæos urbe expellerent; ^{id. an. 982.}
 quin etiam promisit, si id facerent, se
 quod superesset vitæ apud ipsos ductu-
 rum. Judæis ejectis, quotidie ex univer-
 sa Peloponeso ægrorum omnis generis
 catervæ accurrebant, quas S. Vir, cum
 sanitatem corporum tribueret, etiam pa-
 terno affectu ad poenitentiam exhorta-
 batur. Unus erat Joannes Aratus, qui
 proscriptos Judæos dolens S. Niconem
 conviciari audebat. Sed cum opificii
 cujusdam obtentu unum in civitatem
 introduxisset, obstitit fortiter Nicon, &
 fuste, qui propter jacebat, arrepto Ju-
 dæum male acceptum foras extrusit. Us-
 que adeo Hebraicam gentem averfabatur.
 Hac vero re comperta Aratus, fu-
 rens in S. Virum invehitur, qui nullo
 iracundiæ motu turbatus, *abi, inquit, &*
ad te ipsum redi, infelix! desle scelera
tua. Brevis enim senties, quæ arrogantia
sint præmia. Nocte proxima Aratus so-
 mnio terrifico, in quo flagris cædi & car-
 ceri mancipari sibi videbatur, punitus
 est, quod Servum Dei contumeliose ha-
 bere non exhorruisset. Evigilans gra-
 vem statim in febrem incidit, veniam
 facti a S. Viro petiit, & tertia die migra-
 vit e vita. Inde metus ingens & tre-
 pidatio Lacedæmonios invasit.

Y y 5

Qua-

Sæculum X.

A. C. 995.

Quadam die Dominica, tempore quo Psalmi ad Vesperas cantabantur, Prætor, nomine Gregorius, in area ante Ecclesiam cum Sphæristis exercitabatur, tanto tumultu, ut ludentium & spectatorum clamore officium Divinum peragentes turbarentur. Nicon Ecclesia egressus virili libertate licentiam castigat. At Prætor ludi amantissimus, & tunc forte, quod ab adversa parte vinceatur, excitator, Niconem contumeliose habitum a suis ex urbe expelli iussit. Non claudo pede secuta est vindicta, nam cum manum extendit, redeuntem pilam excepturus, ea primum, moxque omnia membra paralyti icta sunt. Igitur acutissimis doloribus excruciatum, cum remedia omnia infra malum essent, iussu Episcopi sui S. Niconem vocari præcipit, & supplex illatæ injuriæ veniam petit. Ille acceptæ contumeliæ immemor, nulla rei præteritæ mentione facta ægrum curavit, ex quo Prætor S. Viri amicitiam constanter coluit. S. Nicon ad Superos evolavit anno circiter nonagesimo nonagesimo octavo, vigesima sexta Novembris, qua die Ecclesia tam Græca, quam Latina ejus memoriam celebrat. Ejus Sepulchrum compluribus miraculis in ipsius Monasterio Lacedæmone claruit, ubi etiam ejusdem vera imago, per prodigium, ut ferebatur, picta

Mart. Rom.
Es Menolog.
26. Nov.

cta affervabatur, secundum quam vitam Sæculum X.
A. C. 995.
 S. Niconis Scriptor ipsius speciem nobis
 exhibet in hunc modum: *Erat statura
 procerus, nigris capillis, habitu eremiti-
 co & obsoleto, virgam manu gerens, cu-
 jus apex in crucem desinebat.* Hujus vi-
 tæ annis circiter centum quinquaginta
 postquam S. Vir ex hoc mundo abiisset,
 aliquis Abbas ejusdem monasterii Au-
 ctor fuit.

§. XLIV.

Apologia Abbonis.

In Francia nata inter Arnulphum Episco- vit. Abb.
c. 8.
 pum Aurelianensem & Abbonem Ab-
 batem Floriacensem, ob petitum ab Epi-
 scopo & non præstitum juramentum, jur-
 gia in dies magis accendebantur. Nam
 Abbonem Turonem ad celebrandum S.
 Martini Festum proficiscentem Episcopi
 Aurelianensis Vasalli noctu invadunt, in-
 sultant, & quosdam de ejus familia tam
 gravibus afficiunt vulneribus, ut de vita
 periclitarentur. Et Episcopus quidem
 Abbati satisfactorius, ex reorum numero
 aliquos ad eum adduxit, ipso præsentem
 virgis castigandos; sed noluit Abbas ob
 hanc injuriam vindictam sumi.

Sub idem tempus ad S. Dionysium in
 Francia celebratum est complurium Epi- c. 6.
tom. 9. Conc.
p. 771.
 scoporum Concilium, in quo tractatum,
 an non oporteret decimas a Laicis, Mo-
 nachis-

Sæculum X.
A. C. 995. nachisque possessas ipsis eripere & Episcopis restituere. Cui consilio omnibus viribus repugnans Abbo Monachos S. Dionysii & eorum Servos adversus Episcopos concitavit. Eousque sævit seditio, ut Episcopi, re infecta, fuga salutis suæ consulere coacti fuerint. Seguinus Archiepiscopus Senonensis, Dignitate & canitie venerabilis, cum ceteris fugiens securi, ubi humeri junguntur, ictus, & luto injecto deformis agerrime insectantium manus effugit. Omnibus Abbonem publici latrocinii Auctorem proclamantibus, ipse Apologeticum ambobus Regibus Hugoni & Roberto inscriptum edidit.

Post. Cod. Queritur, quod sibi causam Ordinis
Canon. Monastici defendenti capitis periculum
Pitholi pag. subeundum sit, & profitetur, se secundum
396. Canones Judicio Episcoporum sub-
jectum esse. Christianos in tres hominum
Abbo Floriacensis. classes, in Laicos, Clericos & Monachos dividit; Clericis vero non alios accenset, quam Diaconos, Presbyteros & Episcopos, dicens, in Minoribus constitutos, quia uxores possent accipere, non nisi per abusum Clericos appellari. (*) Tandem affirmat, vitam Monachorum

(*) Idoneus testis contra Protestantos est Abbo, Clericis non licuisse habere uxores, quod non

chorum esse perfectissimam, quia cum ^{Sæculum X.} Maria uni, quod est necessarium, vacant. ^{A.C. 995.}
 Afferit, cum Ecclesia non alterius quam ^{Luc. 10. 42.} Dei sit, neminem aliquam Ecclesiam suam dicere debere. Quibus verbis sine dubio Episcoporum opinionem impugnat, & vult inferre, nihil interesse, Clericis an Monachi Ecclesiis ministrent. Inde occasione arrepta in Simoniam invehitur, & refutat argutias dicentium, nequitiam se gratiam Ordinationis, sed annexa Bona Ecclesiæ temporalia emere. *Hi similes mihi videntur, inquit, poscentibus ignem absque materia combustibili.*

Deinde ad querelas contra se motas transiens, *accusor, inquit, contra Canones sensisse, in Episcopos manum Monachorum incitasse, vestram Benevolentiam meo Episcopo subduxisse, & cum Excommunicatis communicasse. Sed, obsecro, cui Sententiæ Canonum repugnavi, qui in hoc Concilio vix apertum librum videre potui? Nempe de Concilio Sandionysiano loquitur. Quid in me singulariter statuerunt aut commiserunt Episcopi, ut eis vel cogitatione obesse vellem? præsertim cum*
non

non nulli vel ex ignorantia, vel mala fide affirmant. De Subdiaconis nulla cura Abboni fuisse videtur, nisi forte sub nomine Diaconorum veniant.

Sæculum X. *non inimicum, sed fide & opere mihi am-*
 A. C. 995. *cissimum graviora pericula pertulisse con-*
 tigerit. Seguinus hic est Archiepiscopus Senonensis.

Tum digrediens ad Arnulphum Aurelianensem, *Qua suggestione, inquit, vos (*) decepi, ut vestram Benevolentiam optimis auferretis, male meritis conferretis? Num ego Deus sum, qui mutat mentes? vos offendit, vos, inquam, Reges, cum Bona nostra invasit, quorum Defensores estis & Domini. Objicit, quod cum excommunicatis communicaverim, cujus rei exemplum prior ipse mihi dedit, cum perditos homines, per nocturnas tenebras in caput meum grassatos, a Seguino*

* Arnulphi. *ipseus* * Archiepiscopo, ab Odone Episcopo Carnutensi aliisque vivis summis anathematizatos, in Communionem recepit. Abbo deinde de Excommunicationum frequentia fuisse differit, reprehendit, quod abusus irreperint, & hortatur Reges, ut malo mederentur; quippe, vix quemquam in Regno vestro, ait, reperire est, non excommunicatum, sive quod cum excommunicato mensæ assederit, sive quod saltem osculum pacis dederit.

Præterea Abbo quosdam alios abusus vigere Principes monet. *Primo, in Symbolo S. Athanasii, inquit, cum dicere debe-*

(*) Ad Reges Abbonis termo dirigitur.

deberent, Spiritum Sanctum, nec factum, nec creatum, nec genitum esse, solummodo dicunt, nec factum, nec creatum, prætexentes, in Epistola Synodica S. Gregorii dicitur, Spiritum Sanctum nec genitum esse, nec non genitum. (*) Secundo, cum adhuc parvulus essem, de fine Mundi audivi eam doctrinam in Ecclesia Parisiensi populo proponi, statim post exactos mille annos venturum Antichristum, & paulo post Judicium universale seu extremum. Huic opinioni deinde omnibus viribus contradixi, adductis ex Evangeliiis, Apocalypsi, & Libro Danielis compluribus locis; cumque Richardus Beatæ memoriæ Abbas literas de hac Quæstione ex Lotharingia accepisset, ab eo fabulam refutare jussus sum. Quippe absurda opinio vix non omnium animos impleverat, illum annum, quo Festum Annunciationis in Parasceven incidet, infallibiliter toti mundo supremum fore. Richardus jam anno nongentesimo sexagesimo secundo Abbatia Floriacensi præerat; Festum vero Annunciationis in Parasceven incidens anno nongentesimo nonagesimo secundo congruit,

Sæculum X.
A. C. 995.

(*) Nec non genitum, id est, neutro originis modo procedentem. Quare, errabant tam illi, qui Spiritum Sanctum a Patre eodem modo ac filium procedere, quam illi, qui nulla ratione procedere, credebant.

Sæculum X.
A. C. 995.

gruit, cum Festum Resurrectionis vigesima septima Martii fuit celebratum. Tertio loco tanquam abusum notat Abbo, etsi Jejunium Adventus quatuor Septimanis absolvi oporteret, huic tamen non nullos ante vigesimam septimam Novembris initium dare.

§. XLV.

Canones ab Abbone collecti.

Postquam hanc Apologiam obtulisset, Abbo Regibus Collectionem Canonum quoque inscripsit officia Regum & Subditorum continentem, ut nascentem Dominatum horum Principum, & Jura Ordinis Monastici, quem defendere iisdem incumberebat, firmaret. Illud exploratum, Regem Hugonem semper S. Benedicti Cultorem eximium extitisse, & Monachos paterne fovisse. Multa Monasteria a Canonicis Sæcularibus occupata & libertatem Abbates suos eligendi iisdem restituit. Collectio Canonum dividitur in Articulos quinquaginta duos, atque sequentia in iis notatu digna mihi visa.

* Avo üez. Ecclesiæ Advocati * dicebantur Viri nobiles, quibus Episcopi vel Abbates agros Ecclesiarum suarum in feudum tradiderant, ea lege, ut eas tuerentur, & adversus aggressores defenderent. Abbo hujus rei originem refert desumptam ex

Art. 2.

to. 2. Analecti.
p. 248.
ibid. p. 341.

ex Conciliis Africæ, in quibus statutum fuerat, ab Imperatoribus petere Scholasticos, id est Advocatos, qui Ecclesiarum causas in Judiciis sæcularibus agerent, unde Ecclesiarum Defensores appellabantur. Ex quo autem Francorum Imperium occiderat, & undique hostes ingruerant, hujusmodi Defensores, sive Advocati Ecclesias solis armis tueri solebant, & Abbo conqueritur, Ecclesias ab illis, a quibus defendi deberent, expilari. *Bona Ecclesiastica, inquit, ab hostibus diripi patiuntur, & ne quidem verbis resistunt, sed postquam grassatores recesserunt, ipsi quæ supersunt consumunt, non Advocatorum, sed Dominorum more, agricolas ad extremam egestatem redigunt, Clericos monachosque pessime habent. Inde est, quod tot Ecclesias destructas, & collapsa videamus monasteria, quia complures cupiunt esse Advocati, ut hoc muniti prætextu majorem reddituum partem fventur.*

Ut probet, quam gravi obligatione Subditi Regibus fidem servare teneantur, auctoritatem quarti Concilii Tolentani affert, & cunctos viros militares officia sua docet. Affirmat, ob necessitatem in Legibus dispensandum esse, cuius rei exemplum adducit Episcoporum Translationes, quæ paulatim frequentius quam superiore tempore, fiebant. Non

Sæculum X.

A. C. 995.

Sup. lib.

XXII. §. 14.

Art. 4. 10.

Concil. Tol.

IV. c. ult.

Sup. lib.

XXXVIII.

§. 50.

art. 50. 51.

Hist. Eccles. Tom. XIII.

Z z

ne-

Sæculum X. A.C. 995. art. 9. art. 28. &c. neglexit referre Canones prohibentes, ne Episcopi monasteria libera opprimerent, aut aliorum Episcoporum jura læderent. Item Canonum auctoritate ostendit, Clericos ad continentiam obligari. Textus S. Gregorii, aliorumque Sanctorum Patrum colligit de frequenti celebratione S. Sacrificii, de frequenti Communione, & dispositionibus ad recipiendum Sacramentum necessariis. In quibusdam locis, quæ affert, dicitur, non differri Communionem Monachis pœnitentibus præbendam, quod fieri solet, si alterius conditionis homines pœnitentiam subirent. Non nunquam Librum Legum, videlicet Novellas Justiniani, citat.

§. XLVI.

Joannis XV. obitus. Gregorius V. Papa.

vit. c. II. Abbo profectioe Romam suscepta, delecto comitum numero, quantus dignitati suæ congruebat, confirmationem privilegiorum Monasterii sui petiturus, Joannem XV. Papam adiit, quem nequam talem, qualem esse oportebat, habuit, sed avaritiæ macula fœdum, utpote cui omnia erant venalia. (*) Exhorruit

(*) Hæc Fleurius, sicut etiam Natalis Alexander

horruit sorditiem, & postquam limina
 Apostolorum invisisset, coemptis pannis
 sericis, quibus Ecclesiæ suæ parietes &
 Altaria ornaret, ad sua remeavit. Obiit
 Papa Joannes XV. ex febre violenta an-
 no 996. exeunte mense Aprili, postquam
 annis decem summum Pontificatum ges-
 sisset. Rex Otto III. tunc temporis in
 Italia versabatur, & postquam Festum Pa-
 schale, quod in duodecimam Aprilis in-
 ciderat, celebrasset, castra ad Ravennam
 urbem posuerat. Ibi commorantem Le-
 gati a Senatu & Romanorum præcipuis
 missi adeunt, desiderium professi, quo
 Principem intra muros suos conspiciere
 gestirent; nunquam enim Romæ fuerat,
 ex quo parens ejus e vita decesserat.
 Præterea Ottonis mandata expetebant,
 quem eligi Papam vellet. Porro Rex
 Otto inter Clericos Sacelli Cæsarei ale-
 bat nepotem suum, Brunonem, ex So-
 rore sua Juditha & Ottone Marchio-
 ne

Sæculum X.
 A. C. 996.

Chron. Hil-
des. to. 3.
Duchesne. p.
516.
Chro. Sax.
vit. S. Adal.
Prag. n. 30.

Z z 2

ne

der ex Aimoino Floriacensi. At Palatius ex Man-
 lio positum Joanni XV. Epitaphium recitat in
 hunc modum:

Clauditur hoc tumulo venerabilis ille Joannes,
 Qui Legis Sacræ diffundere noverat amnes.
 Egregius Doctor verbo quæcunque docebat,
 Moribus & vita tribuens exempla gerebat.
 Hunc a Canonici destriçto jure rigoris,
 Non timor, aut *lucrum*, non gratia flexit amo-
 ris &c.

Sæculum X. ne (*) Veronensi genitum. Is optimam
 A. C. 996. indolem fortitus & literis humanis in-
Epit. ap. Ba- structus, tres linguas Germanicam, La-
ron. a. 989. tinam ad literam (**), & vulgarem cal-
 lebat, sed ætatis annos non plures quam
 viginti quatuor numerabat. Huic Rex
 Papatum destinatus, atque ex nutu suo a
 Clericis & populo electum, a Willegi-
 so Archiepiscopo Moguntino & alio Epi-
 scopo, nomine Adelbaldo, Romam de-
 duci jubet; ubi ille honorifice exceptus
 & Papa ordinatus Gregorius V. dici vo-
 luit, Germanorum primus, in Sacram
 Sedem euectus. Quamvis vero esset
 juvenis non plus tamen duobus annis &
 novem mensibus sedit. Otto Rex Ro-
 mam deinde profectus, a Gregorio Pa-
 pa in Festo Ascensionis Domini, vigesima
 quinta Maji anno 996. Imperator coro-
 natus est. Cum deinde cum Romanis
 consultasset, & Crescentium, qui defun-
 ctum Pontificem sæpe male affecerat, exi-
 lio damnare statuisset, Gregorii Papæ
 precibus dedit, ut veniam reo conce-
 deret.

Her-

(*) Hic Otto a Natali Alexandro Dux Sa-
 xonum, in Palatio, Dux Sueviæ & Baviaræ di-
 citur.

(**) Nempe Latinam antiquam, & ex ea na-
 tam Italicam seu *Welsch*.

Herluinus electus Episcopus Camera-
 censis ab Archiepiscopo Remensi, Metro-
 polita suo, Arnulpho & Gerberto de
 possessione Sedis Remensis contendenti-
 bus, consecrari non potuerat; unde Ro-
 mam profectus, a Gregorio V. Papa Epi-
 scopus ordinatur. Idem in Synodo que-
 relas movit contra Optimates Bona Ec-
 clesie sue diripientes, atque a Papa epi-
 stolam mense Majo, hoc anno nongente-
 simo nonagesimo sexto datam, in quibus
 Pontifex reis poenas Ecclesiasticas com-
 minatur, obtinuit.

Sæculum X.
 A. C. 996.

tom. 9. Conc.
 p. 1245.

§. XLVII.

S. Adalbertus in Bohemiam remissus.

In illa Romana commoratione Impera-
 tor S. Adalbertum Pragensem, adhuc
 in Monasterio S. Bonifacii degentem sæ-
 pe vocabat, suo lateri adhærere volebat,
 ejusque colloquio familiari delectabatur.
 At Archiepiscopus Moguntinus antiquas
 querelas renovabat, quod Adalbertus,
 Suffraganeus suus, Ecclesiam Pragensem
 deseruisset, atque vehementissime urge-
 bat, ut eo reverteretur. Quin & in Syno-
 do a Papa congregata, postulatum suum
 Canonum auctoritate suffulcit, publice
 affirmans, æquum non esse, ut sola hæc
 Ecclesia suo Pastore privaretur. Tum
 in reditu in patriam constitutus per epi-
 stolas ad Pontificem datas instare non

Z z 3

cessa-

Sæculum X.
A. C. 996.

cessabat, donec tandem Papa, quod petebat, concessit. S. Adalbertum moestissimum, quod Monasterium dilectum relinquere cogeretur, & bene gnarum, quod in Bohemia operam & oleum perditurus esset, spes reficiebat, fore, ut Apostolatu inter Infideles externos defungi posset.

Igitur cum inter amaras lacrymas Monachis valedixisset, comitante Notchario, Episcopo Leodiensi, viro prudentissimo, Alpes superavit, atque confecto duorum mensium itinere Moguntiam pervenit, ubi Imperator ex Italia redux substiterat. Ibi S. Adalbertus iterum longo tempore moratus, non secus ac si Ottoni a cubiculis esset, diu noctuque in Palatio permanebat, sæpe Sancta libertate Principi dicere auditus: *Noli cogitare, te esse potentissimum Imperatorem, sed memineris, hominem te esse, moriturum, atque formosissimum hoc corpus in cineres & putredinem abiturum.* Nam Otto III. haud vulgari vir specie erat. Hoc fundamento posito S. Adalbertus Imperatorem docebat, præsentem vitam contemnere, Bona æterna anhelare, omnis generis operibus ad perfectionem perducentibus incumbere. Interim ipse Vir Sanctus humilibus actibus exercitabatur, in Palatio versantibus varia charitatis obsequia exhibebat, usque adeo
rebus

rebus abjectis delectatus, ut noctu eo Sæculum X.
rum ocreas & calceos purgaret, nescien- A. C. 996.
tium, a quo beneficium acciperent.

Illo etiam tempore in Franciam com-
migrans Sanctorum Sepulchra invisit.
Parisiis ad Sepulchrum S. Dionysii, Tu-
rone ad Sacra ossa S. Martini, & Floria-
ci ad Reliquias S. Benedicti oravit. In-
de ad Imperatorem reversus, cum Prin-
cipi vale supremum inter mutuos am-
plexus dixisset, viam, quæ ad suam Dico-
cesim ducebat, capessivit. Ecce vero, S. Adalber-
priusquam illuc pervenisset, fama affert, tus.
Bohemos odium, quo in Adalbertum fla-
grabant, exercuisse in ejus germanos,
omnesque trucidasse. Sex fratres fue-
rant Adalberto, natu minimus, nomine
Gaudentius ipsum in itinere comitaba-
tur, natu maximus cum Duce Poloniæ
militabat sub Imperatoris signis, quatuor
reliqui in Bohemia remanserant, iisque
Incolæ fidem juraverant. Sed cum San-
cto Missæ Sacrificio in quadam urbe,
quæ *Lubic* dicebatur, interessent, Festum
S. Wenceslai celebrantes, irrumpunt in *Chro. Mag-*
Ecclesiam perfidi, jugulant obvios quos- *deb. 995.*
que, nulli sexui parcunt, & quatuor
Adalberti fratribus ante aram cervices
amputant. Tum, civitate incensa, in-
genti præda onusti recedunt.

S. Episcopus comperta suorum strage
ad Boleslaum Ducem Poloniæ, apud

Z z 4

quem

Sæculum X.
A. C. 996. quem frater ejus primogenitus merebatur, se contulit, rogavitque, ut Nuncios in Bohemiam mitteret, qui explorarent, an ipsum redeuntem recepturi essent. Illi respondent: *Nos peccatores sumus pervicacissimi, ipse vero Vir Sanctus & amicus Dei, non possumus pacem sperare. Verum, quid rei est, quod iterum ad nos redire cupiat, toties profugus? fallere incautos vult Adalbertus, & sub pulchro Charitatis nomine fratrum suorum necem ulcisci. Nolumus hunc virum recipere.* Quo responso accepto Adalbertus conscientiam suam levatam credidit, si gregem rebellem desereret, atque ad conversionem Infidelium animum adjecit. Cum deinde deliberasset, quo conatus suos verteret, in Borussiam ire constituit, conterminam & Duci Poloniæ magis cognitam provinciam. Itaque conscensa nave cum triginta militibus, quos ad præsidium Dux dederat, primo Gedanum appulit; ubi magnum Catechumenorum numerum baptizavit, tum Missa celebrata, & Sacra Communione Neobaptizatis data, reliqua, quæ de Eucharistia supererant, servavit, periclitantibus, tanquam Viaticum, præbenda. (*)

§. XLVIII.

(*) Inde contra Protestantes Ecclesiæ consuetudo probatur.

§. XLVIII.

Sæculum X.
A. C. 996.*Martyrium S. Adalberti.*

Altera die, postquam iis valedixisset, mari se commisit, atque diebus aliquot navigando consumptis, e navigio, quod cum militibus remisit, in proximum litus descendit, & neminem nisi duos monachos retinuit, quorum alter, Ordine Presbyter, Benedictus vocabatur, alter Gaudentius erat, ipsius minor natu frater.

Parvam Insulam, quam amnis circumfluebat, ingressos, & magna fiducia Jesum Christum prædicantes, Insulæ Domini supervenientes, pugnis contusos ejecerunt. Unus Barbarorum arrepto cimbæ remo S. Adalbertum Psalmos canentem inter scapulas grandi ictu feriit. Cecidit e manibus liber, & ipse pronus corruit, Deum benedicens in hæc verba: *Gratias tibi ago, Domine! quod saltem ictum unum pro illo sustinui, qui pro me crucifixus est.* Tum ad adversam fluvii ripam transiens, ibi die Sabbati mansit, & cum sub noctem proximi pagi præcipuus S. Virum eo deduxisset, undique agrestes concurrunt incondito clamore, ut viderent, quid de eo decerneretur, & aperto rictu, quasi advenam devoraturi, circumstant. Interrogatus, quis esset, & quare venisset, respondit: *Sum*

Z. z 5 *natio-*

Sæculum X. A. C. 997. *natione Sclavus, nomine Adalbertus, professione Monachus, olim Episcopus, bodie vester Apostolus. Causa itineris mihi fuit Salus vestra. Abjicite Idola vestra surda & muta, & agnoscite Creatorem vestrum, unum Deum. Si in ejus Nomine credideritis, vitam habebitis, & mercedem in Cælo æternum gaudium recipietis. Barbari vix mora paucula verba hæc proferendi concessa vociferantur, conviciantur, mortem minantur. Aliqui fustes, prius terræ ter quaterve impactos, deinde S. Viri capiti admoventes & dentibus frendentes dicebant: O te beatum hominem, quod in hanc usque horam salvus sis! abi cito, si vitam amas. In toto hoc imperio, in cujus finibus sumus, una lege & uno more vivitur. Vos vero, quibus alia fides est & ignota, nisi hac nocte effugeritis, crastina nobis temeritatis pœnas morte dabit. Illa etiam nocte navigio impositi in quoddam oppidum revehantur, ubi quinque dies manserunt. Tunc autem S. Adalbertus ad duos socios ait: Habitum nostrum Clericalem Infideles execrantur. Sinamus capillos & barbam crescere, & similia, quibus ipsi utuntur, vestimenta induamus. Securius latebimus, familiariter inter eos versabimur, & de labore manuum nostrarum vivemus. Quin ad populos, quos Luiticos dicebant, pergere statuerat, quod*

quod eorum linguæ gnarus esset, & ibi ^{Sæculum X.}
nunquam ante visus. Die sequente iter ^{A. C. 997.}
ingressi, postquam silvas inter psallendum
fuissem emetiti, in apertum campum ad
meridiem positum emergunt. Ibi Gau-
dētius Missam celebravit, communica-
runt socii, & postea cibum sumpserunt.
Iterum exinde viam suam profecuti, ex-
haustis viribus subsistunt, membra quiete
refecturi, & in somnum labuntur. In
dormientes irruunt Barbari, & inermes
vinciunt. Tunc S. Adalbertus comites
exhortari, ut pro Jesu Christo Marty-
rium fortiter subirent; at Siggo latro-
num Dux & Sacrificulorum Princeps fu-
riose invecus, quanto poterat annisu
Viri Sancti pectus jaculo transverberat,
aliisque exemplum sequentibus, septem
telis collapsi corpus confoditur. Flue-
bat ex latis vulneribus sanguis, & Mar-
tyr oculos levabat ad cœlum. Mox
vinculis solutus extensis in modum Cru-
cis manibus elata voce pro sua & perse-
cutorum suorum salute oravit. Mor-
tuo deinde Barbari caput amputant, quo
perticæ imposito, vociferantes ad sua re-
vertuntur. Ita passus est S. Adalbertus
Feria VI. vigesima tertia Aprilis, anno
nongentesimo nonagesimo septimo, cu-
jus memoriam Ecclesia eadem die colit.
Boleslaus Dux Poloniæ S. Martyris caput
corpusque, a Paganis in lacum projecta,
magno

Sæculum X. magno pretio redemit, Imperator vero
A. C. 997. Romæ degens comperta ejus morte Deo
 Gratias egit, quod Regni sui tempore
 Sanctissimum virum Martyrii gloria co-
 ronasset.

§ XLIX.

Joannes XVI. Antipapa.

Imperator Romam iterato petierat, Cre-
 scentium rebellem repressurus. Quip-
 pe Imperatore in Germaniam reverso,
 Crescentius Urbe (*) ejecerat Grego-
 rium V. Papam, qui rebus omnibus spo-
 liatus primo in Thusciam & deinde in
 Longobardiam fugit. In ejus locum
 Crescentius suffecit hominem Græcum,
 nomine Philagathum, qui Joannes XVI.
 dici affectavit; Is Rosciani in Calabria
 humili loco natus, & vitam monasticam
 amplexus, Ottonis II. favorem opera
 Theophaniæ conjugis suæ, ex Gente Græ-
 corum, adeptus est. Initio alebatur ti-
 tulo paupertatis, paulatim vero Clie-
 tum præcipuis adnumeratus usque ad
 obitum Ottonis II. gratia valuit. Cre-
 vit Græculi auctoritas regnante Otto-
 ne III. adolescente, unde Episcopo Pla-
 centino

(*) Ex ejusmodi seditiose factis sexcenties
 constat, nihil non egisse Romanos, ut exclusis
 tam Summis Pontificibus, quam Imperatoribus
 Principatu potirentur. Sed frustra.

centino defuncto effecit Philagathus, ut Sæculum X.
 viro probo & idoneo, qui electus fuerat, A. C. 997.
 repulso ipse ordinaretur, adjecto titulo Greg. V.
 Archiepiscopi, illam Ecclesiam contra ep. I.
 fas Jurisdictioni Sedis Ravennatis subdu-
 cens. Eundem Otto III. Imperator cum
 alio Episcopo Legatum Constantinopo-
 lim miserat, cum mandatis, quibus Im-
 peratoris Græci filiam in matrimonium
 ipsi petere jubebatur; nam Philagathus
 in utraque Orientis & Occidentis Regia
 notissimus erat. Romam redeuntem anno
 nongentesimo nonagesimo septimo ho-
 norifice excepit Crescentius, & ingentis
 pretii donis, quæ Constantinopoli attu-
 lerat, captus Papam eligi curavit.

Inter hæc Gregorius V. Papa, hoc
 anno nongentesimo nonagesimo septi-
 mo, convocato Ticini plurimorum Epi- Chr. Hildes.
 scoporum Concilio, Crescentium excom-
 municavit; cumque nuntii attulissent,
 electum fuisse Joannem XVI. eum quo-
 que omnes Episcopi Italiae, Germaniæ,
 Franciæ & Galliæ excommunicarunt.
 Igitur Otto Imperator, malis Romæ gra- Schisma
 vantibus remedium allaturus, Germani- XVI.
 ci Regni cura Mathildi, Amitæ suæ, Ab-
 batissæ Quedlinburgensi, commissa, quam
 mulier, supra sexum sapiens, feliciter
 gessit, in Italiam iter ingressus est. Cum
 Ticini Imperator Gregorium V. habuisset, Chro. Saxo.
 cum eo Romam contendit, unde
 Joan-

Sæculum X. Joannes Antipapa excessit, Crescentius
A. C. 997. vero in Arcem S. Angeli se recepit. Ve-
 rum aliqui Imperatoris Duces fugientem
 Antipapam consecuti, quia credebant, si
 in manus Imperatoris traderetur, mitif-
 simi ingenii Principem gravissimi scele-
 ris veniam facile concessurum, misero
 linguam excruciant, nares abscindunt, ocu-
 los eruunt, & ita affectum in carcerem
 detrudunt.

§. L.

S. Nilus Romæ.

vit. S. Nili. **U**bi S. Nilus tristem Philagathi sortem
 p. 151. comperit, properavit, auxilium al-
 laturus, infelici, & populari suo. Quam-
 primum ad aures S. Viri pervenisset, Phi-
 lagathum usque ad Papalis Dignitatis
 fastigium fuisse eluctatum, datis literis
 amice hortatus est, ut hujus Mundi glo-
 riam abjiceret, cui jam satis vixisset, post-
 quam ad supremum honoris apicem per-
 venisset, & ad monasticæ vitæ quietem
 rediret. Respondebat sapienter monen-
 ti Philagathus, id ipsum se animo consti-
 tuisse, & executurum propediem. Ter-
 giversatus est autem, usque dum ut re-
 tuli captus a Cæsareis & fœde multat-
 us est. Tunc vero S. Nilus dolore ob-
 ruitus credidit, iter sibi Romam esse su-
 sciendum, etsi senilis ætas, morbus, &
 temporis adjuncta, nam Quadragesima
 ageba.

agebatur, obsistere viderentur. Ubi Ottoni Imperatori & Gregorio Papæ a nunciis relatum, Nilum advenire, obviam procedunt, atque alter dextram, alterque sinistram Senisprehendens in Palatium Patriarchale deducunt, in medio considere jubent, hinc & illinc S. Viri manus osculati. Ingemiscebat ille, tantum honorem refugiens; utcunque tamen id patiebatur, ut eo facilius obtineret, quod sperabat. Dicebat vero: *Parcite mihi, per Deum! hominum omnium peccatori maximo, Seni semivivo, his honoribus indigno. Meum potius est vestris pedibus adsterni & supremas in vobis Dignitates venerari. Non gloriae aut divitiarum desiderium me excitavit, ut ad vos venirem, sed amor viri, qui plurima vobis obsequia præstitit, quem pessime affecistis, qui vos ambos e fontibus Baptismi levavit, cui vos oculos effodi jussistis. Obsecro, hunc mihi virum date, mecum intra Monasterii parietes abscondatur, ubi communibus lacrymis peccata nostra defleamus.*

His auditis Imperator, lacrymas non satis tenens, nam non omnia, quæ acta fuerant, ipsi probabantur, S. Nilo respondit: *Omnia quæ exoptas faciemus, si tu quoque precibus nostris aliquid dederis, Monasterium in hac urbe, quodcunque placuerit, tibi delegeris, semperque apud nos manseris.* Sancto Seni in Urbe habitare
recu-

Sæculum X. A.C. 997. recusanti Imperator Monasterium Anastasianum, extra tumultum positum, & semper Græcis concessum, obtulit; jamque S. Nilus, ne sibi, quod petebat, negaretur, consenserat. Sed Papa illis cruciatibus, quos Philagathus tulerat, non con-

Petr. Dam. lib. 1. ep. ult. ad Ca. tentus indutum Sacerdotali veste, ab insultantibus in ejus corpore dilacerata, aversa facie impositum asino, caudam manibus tenentem in tota Civitate per ludibrium circumduci jussit.

Quæ res S. Nilum usque adeo afflixit, ut exinde non amplius Philagathum ab Imperatore sibi donari rogaverit. Cum vero Imperator quemdam Archiepiscopum, comitari se in itinere solitum, virum facundum, ad S. Nilum misisset, is impatientior, *vade*, inquit, *ad Imperatorem & Papam, quibus meo nomine dices: hæc vobis senex ille delirans renunciari præcepit. Virum excæcatum mihi donastis, non ideo utique, quia me timebatis, aut potentiam meam formidabatis, sed solius Dei amore. Itaque novas contumelias, quas adjecistis, non tam illi imposuistis quam mihi; seu potius ipsi Deo injuriam fecistis. Quare scitote, quod, sicut vivi, quem Deus in manus vestras tradidit, miserti non estis, ita etiam a Patre vestro Cælesti peccatorum vestrorum veniam non estis consecuturi.* Tum Archiepiscopo verba facere & Imperatorem

rem Papamque excusare non cessante, Sæculum X.
S. Senex inclinato capite somnum simu- A. C. 997.
lavit, vidensque Præsul se surdas au-
res pulsare, recessit. Illico S. Nilus equum
conscendit, & cum fratribus, qui eum
secuti fuerant, tota nocte iter faciens ad
suum monasterium reversus est.

§. LI.

S. Nili Monasterium prope Cajetam.

Sanctus Nilus Monasterium in Valle lu- *Sup. §. II.*
cis prope montem Cassinum relique- *vit. p. 146.*
rat, postquam ibi annis ferme quindecim
fuiisset, quod hac familia numero, opi-
bus, fama, aucta monachorum fervorem
remittere, & Disciplinam corrumpi vi-
deret, quam ruinam Manso Abbas mon-
tis Cassini, vir avaritiæ deditus & pie-
tatis inimicus neutiquam sustinebat.
Quapropter S. Nilus ex illa Valle mi-
grans locum quærebat, ubi monachi de
labore manuum suarum vivere cogeren-
tur, & paupertate in officio contineren-
tur. Hinc a compluribus vicinis civita-
tibus oblata Bona, & Monasteria ad habi-
tandum jam prius præparata, acceptare
noluit, quia, quod maxime optabat, so-
litudinem, & procul ab hominum tumul-
tu quietem non inveniebat. *Nam vita*
commoda, inquiebat, & ab omni cura vi-
Hist. Eccles. Tom. XIII. A a etum

Sæculum X.
A. C. 998.

Etum quærendi libera hujus ætatis monachis non convenit, quia dulci otio non ad orandum, contemplandum res Cælestes, & Sacram Scripturam pervolvendam utuntur, sed optimas horas confabulando, mala cogitando, & curiosa inquirendo perdunt. Cum vero manuum labore occupatur animus, pravae cogitationes & mala innumera fugantur. Denique nihil homini tam salutare, quam panem in sudore vultus sui comedere. Non nulli illorum Monachorum, quibus S. Viri rigor non sapiebat, in Valle lucis remanserunt; sed postea domesticis rixis divisi, nulli Magistro subjecti, & in omnem licentiam effusi, tandem omnes ex illo loco ejecti sunt.

Interim S. Nilus cum Stephano & ceteris, qui discedentem secuti fuerant, loco quodam haud procul a Cajeta desertum, aridum & angustum invento, cum suo proposito aptum crederet, ibi sedem fixit. Initio quidem omnia deerant, sed brevi confluentibus pluribus fratribus abundantia successit ex labore continuo, cui frequentissimam Psalmodym, plurimas genuflexiones, abstinentiam voluntariam, & obedientiam sine repugnantia, jungebant. S. Senis fervor crescebat in dies deficientibus corporis viribus. Nihil enim sive ob infirmitates, si-

ve

ve ob decrepitam senectutem, quippe Sæculum X.
A. C. 998.
usque ad annum ætatis nonagesimum
quintum pervenit, de consueto rigore
relaxavit. Nunquam ante horam a Re-
gula præscriptam vel cibum vel potum
sumpsit, nunquam comedit carnes, nun-
quam balneo usus est. Consuetudo ab-
stinendi ita in alteram naturam transie-
rat, ut eam violare, si voluisset, ne quidem
potuisset. Sæpe a sensibus abstractus
præsentes non videbat, interea aliquos
Psalms, aut aliqua verba ex Liturgia,
qualia sunt *Sanctus Sanctus!* recitans.
Sibi postea redditus & interrogatus, ubi
fuisset, aut quid ipsi accidisset, respon-
debat: *Senex sum, fili mi, desipio, a Dæ-
mone obsessus, nescio, quid faciam.*

Cum Principis Cajetani uxor mari-
tum rogaret, ut se ad invisendum S. Ab-
tem deduceret, *id prius ei per nuncium
significemus*, ait Princeps, *ne offendamus
Abbatem subito adventu nostro, ne fugiat,
& tantum virum amittamus.* Quippe
sciebant omnes, Nilum feminarum oc-
cursum devitare, easque nunquam non
ab aditu sui Monasterii arcere. Nuncio,
Principes venturos indicanti, respondit:
*Per Deum! parcite mihi. In Sæculo olim
agens vexabar a Dæmone, postquam Mo-
nachum indui, liberatus sum, sed quando*

Sæculum X. *feminam aspicio, iterum a Dæmone cru-*
A. C. 998. *cior.* Hoc responso multo magis accen-
 sa desiderio Sanctum videndi Princeps
 rogare non cessavit, donec ei licentiam
 veniendi dedit, ea lege, ne eam alia mu-
 lier vel ancilla comitaretur. Ubi in con-
 spectu fuit, Sanctus Vir de vitæ puritate,
 de merito eleemosinæ, de timore Dei
 differuit, & magno solatio refectam di-
 misit. Cum Sæculi principibus colloqui
 S. Nilo intolerabile videbatur, idque so-
 licite cavebat, tanquam fomitem super-
 biæ. Nullum ei, neque per literas, cum
 viris potentibus commercium fuit, nisi
 cum in rebus adversis consilio & auxilio
 indigerent.

§. LII.

S. Romualdus apud Imperatorem.

Chro. Saxo. **O**tto Imperator Festum Resurrectionis
ann. 998. vit. Domini, quod hoc anno nongente-
S. Rom. n. simo nonagesimo octavo in decimam se-
 35. ptimam Aprilis incidebat, Romæ cele-
 bravit, & octava die exacta arietes &
 scalas admoveri iussit arci, in quam Cre-
 scentius confugerat, nempe castro S. An-
 geli, quod insuperabile credebatur. Ve-
 ritus ergo, ne vi aperta destinata perface-
 re non posset, opera usus est cujusdam
 Germani, nomine Thammi, usque adeo
 sibi cari, ut non modo eum mensæ adhi-
 beret,

beret, sed etiam ex eadem patina cibum ^{Sæculum X.}
 fumere vellet, & vestibus Regiis deco- ^{A. C. 998.}
 raret. Is itaque iubente Imperatore,
 Papa conscio, Crescentio, addito jura-
 mento, fidem dedit, incolumem fore.
 Sed e munimentis egressum Imperator
 capite truncari, corpusque e turri de-
 jectum pedibus suspendi iussit. Nihilomi-
 nus Otto occisi viduam Concubinam ac-
 cepit. (*)

A a a 3 Tibur-

(*) Imo perniciem suam. Nam Scriptores
 plurimi ferunt Ottonem III. veneno ab hac Fu-
 ria propinato occubuisse. Nihilominus Palatius
 dicit: *Ditmarus tamen, qui his diebus vixit, &*
ferme Diarios composuit, nil prorsus de com-
mixtione Othonis cum vidua Crescentii; nec
veneno dicit defunctum. Sed potius mœrore,
cum in eum Subditos suos moliri prænovit. &c.
 Nec adeo obstupescendi locus est, si sæpius con-
 tra prudentiæ leges peccavit Otto, & Dominus,
 & juvenis, vix vicenario major. Porro præter
 Cardinalem Baronium Palatius in Aquil. Sa-
 xon. insolens factum memorat in hæc verba:
Maria Augusta (si fides Krantzio, Sifrido &
Sigonio) Comitem Mutinensem in amorem pel-
licere sui conata, postquam libidini suæ relu-
ctari vidit, ira furens se ab illo de stupro ten-
tatam apud Othonem insinulavit; ut eum Im-
perator incautum decollari præciperet.

Con-

Sæculum X. Tiburtini quoque, Mazolino Duce
 A. C. 998. suo interfecto, ab Imperatore defece-
 rant, quos S. Romualdi prudentia Prin-
 cipi reconciliavit, ea quam referam oc-
 casione. Otto, Monasterium Classense
 reformaturus, cum monachis præcepit
 Abbatem bonum, quem vellent, eli-
 gere, illi unanimi consensu Romualdum
 nominarunt. Quia vero, si ad Regiam
 vocaretur Vir Sanctus, imperium detre-
 ctaturus videbatur, Imperator ad eum
 se contulit, in Abbatis lectulo familiari-
 ter cubavit, atque altera die ad Palatium
 addu-

vit. S. Rom.
 n. 31.

*Conventu inde populis ad Roncalias instituto, ut
 viduis & pupillis jus diceret, adfuit & fœmina
 (uxor occisi) caput Comitis secum habens, qua-
 ritque qua morte sit dignus, qui injuste aliquem
 occidisset? Othone respondente, capitis priva-
 tione; ait illa: Tu es ille vir qui maritum
 meum ad suggestionem uxoris tuæ injuste occi-
 di mandasti. Simulque in medium mariti sui
 caput projecit atque mox inspectantibus
 cunctis ferrum ignitum jussu Othonis allatum
 sine ulla offensioneprehendit Otho mulie-
 re collaudata Reginam igne cremari jussit.
 Hæc Palatius addens quod Sigonius Gotfridum
 Viterb. citet. At P. Pagi ad annum 998. affir-
 mat, Ottonem III. nunquam uxorem duxisse, &
 narrationem hanc de adulterio & supplicio Ma-
 riæ Aragonicæ ad fabulas ablegat.*

adductum vehementer rogavit, ut Abbatia Classensis curam in se susciperet. Sæculum X.
A. C. 998.
 Primo hoc munus constanter recusanti comminatus est Imperator justæ petitioni repugnantem ab omnibus Episcopis esse excommunicandum, tandemque ad subeundum onus compulit. Tunc vero, cum Romualdus monachos, cunctos Regulæ apices exacte servare, cogeret, nulla in quocunque vel nobilitatis, vel eruditionis habita ratione, tanti rigoris impatientes pœnitentia duci cœperunt, quod ipsum elegissent, & in acerbas querelas eruperunt. Unde Vir Sanctus intelligens homines istos converti non posse, quin se ipsum in via perfectionis non progredi, sed regredi, Imperatorem ante mœnia Tiburtinorum agentem adit, atque præsente etiam Archiepiscopo Ravennate, projecto Baculo pastorali, Dignitati Abbatiali renunciat.

Singulari autem Numinis beneficio missus S. Romualdus videbatur, ut Tiburtinos Cæsaris iræ eriperet. Quippe obsessis persuasit; deditioem facerent, partem murorum destruerent, obsides darent, & percussorem Ducis ejus matri traderent, quam deinde facile perpulit, ut amore Jesu Christi inimico parceret. Præterea Tibure commorans Romualdus

n. 54.

Sæculum X.

A.C. 998.

Thammum illum convertit, cujus astutia deceptus Crescentius perierat. Nam cum ei idonea & vehementi oratione imposturæ & perjurii enormitatem depinxisset, commotus Thammus mundo valedicere statuit, & ab Imperatore Ordinem monasticum amante facultatem facili negotio impetravit.

Ipse Imperator illud crimen S. Romualdo confessus, pœnitentiam hujusmodi subiit; nudis pedibus de Romana Urbe egrediens ad S. Michaelem in Gargano monte perrexit. Per totam vero Quadragesimam sequentem anno 999. in Monasterio Classensi mansit, jejunans & Psalmodiæ prout valebat intentus, cilicio ad carnem indutus, exterius auro & purpura fulgens. Et licet lectus Regio cultu stratus adesset, ipse in storea ad quietem capiendam membra ponebat. Promisit denique S. Romualdo se Imperium relicturum, & Habitum Monasticum suscepturum. At propositum non implevit.

§. LIII.

Imperator S. Nilum invisit.

vit. S. Nili **D**e monte Gargano rediens Imperator ad S. Nili Monasterium divertit. Cui appropinquans & ex colle monachorum
tugu-

p. 155.

tuguria circa Sacellum extracta prospiciens ait: *Ecce Tabernacula Israelis in Deserto! isti sunt cives Regni Cælorum, qui non incolarum, sed peregrinorum more in hoc mundo versantur.* S. Nilus thus accendi & præferri jubet, seque cum tota Congregatione sua obvium inferens, omnibus humilitatis & reverentiæ signis venientem Principem salutat. Imperator Sancti Senis manumprehendens Sacellum intrat, & persolutis precibus ait: *Priusquam in Cælum migres, Pater venerabilis, futuræ filiorum tuorum necessitati prospice, ne si te amplius non habuerint Ducem, hujus eremi asperitate deterriti in diversa spargantur. Dabo eis, si vis, Monasterium & subsidia, in quocunque Imperii mei loco sedem eis elegeris.* Respondit Vir Sanctus: *Si vere monachi fuerint, ille qui eorum meique hucusque paternam curam gessit, me absente multo minus sperantes in se deseret.* Postquam sermonem aliquamdiu protraxissent, & Imperator abiturus surrexisset, iterum in S. Nilum respiciens dixit: *Pete a me tanquam a filio tuo quodcunque volueris.* Ille dextram pectori Principis admovens ait: *Nibil a te peto, Auguste, nisi ut Salutem tuam cures. Ut ut Imperator sis, sicut ceteri homines, morieris, & omnium actionum tuarum rationem reddes.* Imperator

Sæculum X.

A. C. 998.

Sæculum X. tor lacrymas non tenens coronam suam
A. C. 998. in manus Sancti Senis tradidit, & demum
 tam ipse, quam cuncti eum comitantes,
 benedictione accepta, inceptum iter pro-
 secuti sunt. Quibusdam Monachis de-
 inde murmurantibus, quod S. Senex Prin-
 cipis gratiam rejecisset, & Monasterium
 aliquod non expetiisset, S. Nilus dixit:
*Stulte locutus sum fateor; sed breve tem-
 pus docebit, an vos modo sapiatis.* Post-
 ea comperto Ottonis Imperatoris præ-
 coci fato Sancti Viri prudentiam admi-
 rati sunt.

§. LIV.

*Franco & Buchardus Episcopi Wor-
 matiensis.*

*vit. Burch.
 Wormat.
 Ditm. l. 4.
 p. 47.*

In hac secunda profectioe Romana Ot-
 to Imperator itineris comitem habe-
 bat Franconem, cui brevi abhinc tem-
 pore, defuncto Hildebaldo, Cathedram
 Wormatiensem contulerat, juveni qui-
 dem, sed eximie virtutis Clerico. Sin-
 gularem in eo Imperator posuerat fidu-
 ciam, nec quidquam gravioris momen-
 ti, non requisita Franconis sententia, sta-
 tuere solebat. Cum Romæ commorare-
 tur, aliquando cum hoc Episcopo in quo-
 dam antro Ecclesiæ S. Clementis secre-
 to se abdidit, ubi ambo nudipedes & ci-
 licis

liciis induti jejunando, vigilando & oran- Sæculum X.
A. C. 998.
do dies quatuordecim transegerunt.

In illa solitudine Episcopo Cœlitus revelatum, imminere sibi supremam diem; quod cum Imperatori aperuisset, is erumpentibus lacrymis instabat, ut virum nominaret, quem sibi in Episcopatu Successorem cuperet. Nominavit Franco Bucharum fratrem suum, promisitque Imperator, addito juramento, se eum Ecclesiæ Wormatiensi præfecturum, quod ne e memoria elaberetur, voluit sibi a Francone Libellum supplicem dari, eumque in peram, in qua commentarii ad ejus Testamentum pertinentes servabantur immisit.

Obiit Franco sicut prædixerat, sepultusque est Romæ, postquam vix brevi tempore ultra annum, quem in Italia apud Imperatorem consumpsit, Sedem Wormatiensem tenuisset. Francone factis functo, Imperator, datæ fidei immemor, & importunis supplicum precibus cedens, Episcopatum concessit duobus aliis sibi succedentibus, quorum alter, postquam fuisset nominatus, non plus tribus, alter non plus quatuordecim diebus in vivis fuit. At in Saxoniam reversus Otto tristem eventum narravit Willelmo Archiepiscopo Moguntino, qui ad
se

Sæculum X.
A. C. 998

se venerat, Buchardo, alumno suo, comitante. Noverat Imperator Buchardum, atque antea sæpe ad se vocatum muneribus cumulaverat. Cum igitur inter comites Archiepiscopi eum vidisset, ad se accedere jubet, quid defuncto fratri ipsius promississet, indicat, & urget, ut Episcopatum acciperet. Non prius consensit Buchardus, quam cum Archiepiscopo consultasset, a quo post elapsos aliquot dies consecratus est. Istud circa annum millesimum actum.

Buchardus natus erat in Hassia, nobilibus parentibus, a quibus in prima ætate Confluentiam ad literas discendas missus, inde ad diversa Gymnasia, atque inter alia Lobienſe Monasterium & Leodiensem civitatem, ubi Canonicus fuisse dicitur, ut operam scientiis daret, diverſit. Tandem Willegiso Archiepiscopo Moguntino se addixit, a quo Sacris Ordinibus & Diaconatu initiatus, cum Regimen Ecclesiæ pauperis accepisset, eam tam in temporalibus, quam in Spiritualibus magnifice restauravit. Tandem Archiepiscopus Buchardum Cubiculariis suis & toti civitati Moguntinæ præfecit.

§. LV.

§. LV.

Sæculum X.
A. C. 998.*Abbo Floriacensis Romæ.*

Abbo Floriacensis iter Romam secundo *Mabill. vit.*
 suscepit, sedente Papa Gregorio V. *Abb. c. I.*
 qui minabatur toti Regno Franciæ ana- *Præf. Sæc.*
 thema dicere, nisi Arnulphus in Sedem *6. §. 6.*
 Remensem restitueretur, affirmans, sine
 Judicio legitimo fuisse dejectum. Hu-
 go Rex (*) mortuus erat anno nongente-
 simo nonagesimo sexto, vigesima quar-
 ta Octobris, postquam annis novem &
 mensibus ferme quinque regnasset, Ro-
 bertus vero eius filius Bertam duxerat,
 Odonis I. Comitis Blesensis & Carnu-
 tensis viduam. Erat Berta, filia Conra-
 di Regis Burgundiæ, & Mathildis, Soro-
 ris Lotharii Regis Franciæ, quorum Ma-
 ter

(*) Legimus in Eminentissimo Cardinali ad
 annum 987. *Hugonem hunc ipsum Magni Hu-*
gonis filium ex eadem (Caroli Magni) esse pro-
genie demonstrat Chronicon Wilelmi Mangii Mo-
nachi S. Dionysii quin & Auctor, qui te-
xuit Genealogiam S. Arnulphi profitetur
hoc etiam Innocentius Papa in Epistola ad Lu-
dovicum Regem hujus nominis sextum &c. Sed
 affirmat Abbas Calmet Tom. VIII. Hist. univ. Quod
 vero Hugo Capetus ex genere Caroli Magni pro-
 cessisse dicatur, nullibi probatur.

Sæculum X.
A. C. 998.
ter Gerberga Soror erat Adwigis, Roberti Avia. Unde Robertus & Berta ex sobrinis geniti erant. (*) Porro Robertus Rex, sperans sic se facilius impetraturum, ut hæ nuptiæ ratae haberentur, Leoni Abbati S. Bonifacii Romæ promiserat, effecturum se, ut Arnulphus in Sedem Archiepiscopalem Remensem restitueretur. Hæc igitur præcipua causa fuit, cur Abbo a Roberto Rege rogatus Romam profectus fuerit.

Gerbert. ep.
151. Mabill.
ibid. §. 7.
Quo postquam pervenisset & Papam ibi non habuisset, iter Spoletum ingressus Regis nomine Gregorium salutavit. Is Abbonem advenisse gaudens desiderium professus est, quod se videndi virum, fama jam dudum notum, subiisset. Inter varios sermones interrogavit Papa, quomodo S. Benedicti corpus in Franciam translatum fuisset, & qualia Transalpini hujus rei haberent documenta, rogans, ut sibi Translationis historia mitteretur. Quod Abbo postea in Franciam reversus præstitit. Octo prope dies apud se

(*) Hodie petitur Dispensatio, quæ etiam in secundo consanguinitatis gradu conceditur; quod nostra ætate factum in nuptiis Principum Bavariz & Saxoniz.

se versatum Papa sæpe mensæ adhibuit, Sæculum X.
A. C. 998.
& in Franciam remisit, postquam omnia, quæ petebat, concessisset. Neutiquam vero pecuniam more Antecessoris sui ab eo petiit, quin thure eum donavit & Casula, qua Missam celebrans uteretur. Privilegio etiam Abbatiam Floriacensem munivit, in quo præter alia statuebatur, ne liceret Episcopo non invitato ad eam venire, & nulli Episcoporum (*) fas esset eidem Monasterio Sacris interdiceret, etiamsi toti Galliæ interdiceretur.

§. LVI.

Gerbertus Archiepiscopus Ravennas.

Abbo in Franciam redux Arnulphum, quem Rex e carcere (**) liberaverat, in
Sedem

(*) Justa causa extitisse poterat prohibendi, ne pro illo tempore Episcopus Diæcesanus Monasterium Floriacense Interdicto subjiceret. An vero etiam Episcopi Successores, innocentes, Jurisdictione in hoc Monasterium sibi jure Divino collata & acquisita privari potuerint, difficilis est quæstio. Observabit Lector Historiæ Ecclesiasticæ studiosus, hoc Sæculo usum Plenitudinis potestatis Pontificiæ ad plura, quam prioribus Sæculis, extendi cœpisse.

(**) De Carolo, Franciæ Principe, etiam in
carcere

Sæculum X.
A. C. 998.
Sedem Remensem restituit, eique Pallium de manu Pontificis acceptum tradidit. Data deinde ad Summum Pontificem epistola rationem factorum reddidit, nempe integerrima fide se ejus mandata executum, Robertum vero Regem Sacræ Sedis Decreta submisisse venerari, Papam rogans, ut Arnulphum suo hortatu ad reconciliandos Clericos suos, & *Abb. ep. 1.* Bona Ecclesiæ suæ per litem inter ipsum & Gerbertum exortam amissa iterum vindicanda excitaret. In illa Epistola Abbo se tam Arnulphi, quam Gerberti amicum profitetur.

Gerbertus hoc modo Archiepiscopatu Remensi privatus ad Ottonem Imperatorem se contulit, & apud ipsum Magdeburgi versatus construxit horologium sua positione ad stellam Polarem directum. Postmodum eidem Imperator Episcopatum Ravennatensem contulit, & Gregorius Papa Pallium misit, addita epistola, in qua hanc Ecclesiam multis opibus donabat, ejusque privilegia antiqua omnia confirmabat. Hæc epistola mense Aprili, Indictione undecima, nempe anno nongentesimo nonagesimo nono,

carcere Aurelianensi detento, ejusque filiis, nihil certi amplius Historia tradit.

Greg. 5.
ep. 2.
tom. 9. Conc.
p. 753.

nono, data est. Anno superiore idem Sæculum X.
 Papa Joanni Archiepiscopo Ravenna- A. C. 998.
 tensi, Gerberti Antecessori, Ecclesiam Greg. V.
 Placentinam, ipsi a Joanne Papa XV. in- ep. I.
 iuste (*) ablatam, ut eam in Archiepi-
 scopatum evedtam Philagatho conferret,
 reddiderat. Gregorius V. eidem Epi-
 scopatum Monteferetrarum subjecit.
 Prima die Maji, eodem anno nongente- tom. 9. Conc.
 simo nonagesimo octavo, Indictione un- p. 766.
 decima, Gerberto Archiepiscopo Con-
 ciliium celebranti, adfuere Episcopi no-
 vem, omnes Suffraganei. Tres Cano-
 nes conditi. Primus damnat pessimam
 consuetudinem in consecratione Episco-
 porum introductam, qua Subdiaconus
 Corpus Domini Nostri, id est, Hostiam
 quam inter consecrationis Caremonias
 accipiebant, eis vendebat. Prohibetur
 etiam, ne Sacrum Chrisma Archipres-
 byteris venumdetur. c. 3. Canones de Ir-
 regularitate, quæ Ordinationem impe-
 dit, servari jubentur. Cavetur, ne
 quis pro sepultura pretium exigat.

§. LVII.

(*) Sunt verba ipsius Pontificis Gregorii ep. I.
 ad Joann. Ravenn. Archiep. Act. Conc. pag. 739.
 ad ann. 998.

Hist. Eccles. Tom. XIII. B b b

Sæculum X.
A. C. 998.

§. LVII.

Concilium Romanum.

tom. 9. Conc.
p. 772.

- Ad eundem annum nongentesimum nonagesimum octavum refertur Concilium, a Gregorio V. Papa Romæ, præfente Imperatore Ottone III. celebratum. Interfuere Episcopi viginti octo, ferme omnes Itali, quos inter eminenti Papa & Gerbertus Archiepiscopus Ravennæ. Octo Canones conditi. Atque in primo decernitur, ut Rex Robertus Bertam, propinquam suam, quam contra Canones duxisset, dimitteret, & septem annorum pœnitentiam secundum gradus ab Ecclesia præscriptos subiret, sub pœna anathematis. Eadem pœnitentia Bertæ injungitur. Archembaldus Archiepiscopus Turonensis, qui
6. 2. Benedictionem nuptialem Sponsis impertitus fuerat, & omnes Episcopi tunc præfentes, a Sacra Communionem suspenduntur, donec Sacræ Sedi satisfecerint.
6. 5. Stephanus Episcopus Anicii Velatorum in eodem Concilio deponitur, quod ad eam Dignitatem a Guidone Avunculo suo & Antecessore, sine consensu Clericorum & populi, delectus fuisset, atque post ipsius obitum a duobus

bus tantum & diversarum provincia-
 rum Episcopis ordinatus. Erant hi Dai-
 bertus Archiepiscopus Bituricensis &
 Rodenus Episcopus Nivernensis. Po-
 pulo & Clericis Aniciensibus potestas
 tribuitur eligendi alium Episcopum,
 quem Papa deinde consecret. Rober-
 tus Rex Stephanum Episcopum deposti-
 tum non tueatur, sed potius illum,
 quem populus & Clerici elegerint. Sal-
 va Regi debita obedientia. Sequitur, ne-
 minem tunc credidisse, vel pœnitentiam
 Principi injunctam, vel comminatio-
 nem anathematis, Supremæ ejus Pote-
 stati quidquam subtrahere.

Sæculum X.
 A. C. 998.

c. 7.

c. 8.

Porro in eo etiam Concilio statu-
 tum, ut Episcopatus Merseburgensis, in
 quodam Concilio a Papa & Ottone I.
 Imperatore creatus, & sine Concilio ab
 Ottone II. suppressus, restitueretur.
 De Gislerio autem, qui relicta Sede Mer-
 seburgensi ad Sedem Magdeburgensem,
 suam Metropolim, transierat, decretum,
 ut si canonicè probare posset, se Clericis
 populoque id expetentibus fuisse transla-
 tum, Ecclesiam Metropolitanam retine-
 ret, si non vocatus a populo illam Ec-
 clesiam adiisset, nullius tamen ambitio-
 nis vel avaritiæ reus, ad Ecclesiam Mer-
 seburgensem rediret, si vero ambitio-

c. 3.

Episcopatus
 Mersebur-
 genfis,

c. 4.

Sæculum X. nis & avaritiæ crimen diluere non pos-
A. C. 998. set, ex utraque Sede dejiceretur.

Ceterum Robertus Rex non nisi post longas moras Decretis hujus Concilii obtemperavit; nam per duos tresve annos Bertam retinuit. Erat ergo excommunicatus, atque hæc censura exactissime servabatur. Omne cum Rege commercium cuncti fugiebant, duobus servulis exceptis, qui vitæ necessaria præbebant, & omnia vasa, ex quibus Rex cibum potumve sumpserat, in ignem projiciebant. Ista in hunc modum literis mandavit Petrus Damianus, qui annis exinde sexaginta scripsit. Idem Scriptor refert, Bertam ex illo matrimonio monstrum, collo & capite asserino, peperisse.

*Ep. 5. ad
 Desid. Cass.*

Eodem anno, quo hoc Concilium habitum, vigesima Sept. Indictione duodecima, anno nempe Pontificatus Gregorii V. tertio, Salutis nongentesimo nonagesimo octavo, Imperator Ticini versatus Constitutionem edidit, qua reprimebantur abusus, qui in contractus Emphyteuticum & Libellaticum irrepserant, unde Clerici prætextum nanciscebantur, facta tecta non custodiendi, & Principi obsequia, quæ Feudo-
 rum

rum suorum causa præstare tenebantur, Sæculum X.
A. C. 998.
non exhibendi. Ergo Princeps jubet,
ejusmodi contractus non diutius valere,
quam in vita Beneficium concedentis,
iisque Successorem nullatenus obligari.

§. LVIII.

Ecclesia Hispanice.

In Hispania Bermundus II. Regnum Le- Sup. l. LVI.
§. 43.
Pelag. Ov.
p. 7.
gionense ab anno nongentesimo octo-
gesimo secundo moderabatur. Is cum
Gudestum Episcopum Ovetanum, nul-
la justa causa existente, custodiæ tra-
ditum, per annos tres detineret in car-
cere, atque ingentem terræ siccitatem
diramque famem ob hoc peccatum a
Deo immissam omnes crederent, com-
motus captivum libertati restituit;
moxque decidens pluvia agrorum ferti-
litem revexit. Idem Rex tribus Ser-
vis Ecclesiæ Compostellensis Episcopum
suum criminis, quod omnes boni abo-
minantur, accusantibus faciles aures
dedit, jussitque Præsulem taurorum fe-
rocissimo objici, qui cornua sua in ma-
nibus Episcopi reliquisse fertur. Cete-
rum Bermundus II. repudiata uxore
legitima aliam duxisse, duasque præ- Roderic. l. 5.
p. 4.
terea sorores concubinas aluisse legi-
tur.

Sæculum X.
A. C. 998. In pœnam gravissimorum peccatorum a Numine permissum credebatur, quod in Regnum Bermundi Arabes irruerint, Duce *Mabomet Almanzor*, Issem Principis ignavi, Cordubæ residentis, Præfecto. Cum *Almanzor* militabant quidam Comites, olim a Bermundo Rege in exilium missi, & fama hostium adventum nunciante Sanctorum Reliquiæ, quæ Legionæ & Asturicæ quiescebant, quin etiam Regum corpora ibi sepulta, in loca tutiora translata sunt. *Almanzor* integro pæne anno Legionem obsedit, eaque ad dedicationem compulsa, portas turresque deiecit. Asturicam quoque, & complures alias urbes cepit, thesauros Ecclesiarum abstulit, ipsamque S. Jacobi Ecclesiam diripuit. Tandem duodecim, quibus bellum gessit, annis res Christianorum ita accidit, ut vix tempore Roderici Regis, cum primo Arabes inventi sunt, pejore loco steterint. Nihilominus post tot clades Bermundus Rex Legionensis Garcia, dicto *Tremente*, Rege Navarræ, & Garcia *Fernandez*, Comite Castiliæ, auxilia ferentibus, insignem de Arabibus victoriam reportavit, qua accepta clade *Almanzor* probri impatiens occubuit anno Hegiræ 393. Jesu Christi 1003. Bermundus II. Rex post annum

Roder. hist.
Arab. c. 31.

annum Christi millesimum ex podagræ doloribus decessit, relinquens Successorem Alphonsum V. quinquennem puerum, qui annis viginti novem imperavit.

Sæculum X.
A. C. 998.

Bermundo II. regnante, Legionensi Ecclesiæ præerat Froilanus, vir Sanctitate illustris. Qui Luci Augusti in Galæcia natus (in ea provincia ipsius Mater Froila honore SS. mulieribus exhiberi solito colitur) anno ætatis decimo octavo Institutum monasticum amplexus est. Inde elapsis aliquot annis in desertum secessit, ubi confluentibus postea compluribus Discipulis Monasterium fundavit, in quo ipse Abbas & S. Attilanus ipso jubente Prior fuit. Attilanus Taraconæ nobilibus parentibus anno circiter nongentesimo trigesimo nono in lucem editus, iis relictis, jam anno ætatis decimo monasterium ingressus est, ex quo S. Froilani fama attractus non multo post tempore migravit. Ramirus III. Rex, Froilano Legionem ad se vocato, magnam pecuniæ vim largitus licentiam quoque dedit, in quocumque Regni sui loco vellet, monasterium ædificandi, ubi Fratres Deum orarent pro tranquillitate Reipublicæ, quam non minus intus Christiani rebelles, ac foris Infideles turbarent. Igitur

Act. SS.
Ben. Sæc. 6.
p. 58. & 82.

Sæculum X. tur Froilanus extracto Tabarensi mona-
 A C. 998. sterio, atque etiam alio minore, † du-
 † Morcruete. centos plus minus monachos collegit,
 complurium aliorum monasteriorum Re-
 staurator eximius.

Episcopo Legionensi fati functo,
 Bermundo II. Rege jubente, Froilanus
 invitatus huic Sedi præficitur, quam post-
 quam annis circiter sexdecim rexisset,
 anno 1006. tertia Octobris, qua die
 Hispania ejus memoriam colit, migra-
 vit ad Dominum. Quo tempore S. Froi-
 lanus Ecclesiæ Legionensi præfuit, ejus
 Discipulus S. Attilanus Zamorensem re-
 xit, atque ambo una die in Festo Pen-
 tecostes consecrati dicuntur. Attila-
 nus postquam sedisset annis decem, spi-
 ritu poenitentiae ductus, relicta Ecclesia
 sua, ad loca pia peregrinatus est. Post
 biennium reversus, cum Ecclesiam suam
 annis octo exinde rexisset, quinta Octo-
 bris anno millesimo nono, septuagena-
 rius, beato fine quievit. Ceterum in-
 ter Sanctos ab universa Ecclesia colitur.

Martyr. Ro.
5. Octob.

§. LIX.

Gregorii V. obitus. Silvester II.
Papa.

Quamquam juvenis esset Gregorius V.
 Papa,

Papa, non plus tamen annis duobus & Sæculum X.
 novem mensibus sedit, obiitque (*) de- A.C. 999.
 cima octava Februarii anno 999. Se- Papeb. Co-
 pulsus est in Basilica S. Petri prope S. nat. Epi-
 Gregorium Magnum. taph. Greg. Ottonis Impe-
 ratoris cura Gregorio successus est, ipsius
 quondam præceptor Gerbertus, (**)
 postquam Sedem Ravennatensem uno
 anno tenuisset, qui Silvester II. appel-
 lari voluit. Quia vero ad gravem Se-
 nectutem pervenerat, vix ultra annos
 quatuor ad clavum Ecclesiæ sedit. Pau-
 lo post Otto Imperator, a Silvestro ro- ap. Baron.
 gatus, Ecclesiæ Vercellensi ipsam urbem ann. 999. in
 B b b 5 Ver-
fin.

(*) Natalis Alexander in Tom. XI. pag. 257.
*Obiit Ecclesiasticæ Disciplinæ studiosissimus Pon-
 tificex ut testatur Epitaphium ad ejus Se-
 pulchrum, in Basilica S. Petri exaratum, quod
 & illius effusam in pauperes beneficentiam præ-
 dicat Ipsum juvenem fuisse, cum in Se-
 dem Apostolicam eveltus est, ex eodem Monu-
 mento constat. Septem Electorum Imperii Ro-
 mani Institutio ipsi perperam tribuitur.*

(**) De se ipso in litera R. ita lusisse legitur
 Neo Pontifex: Scandit ab R. Gerbertus in R.
 post Papa vigens R. Scilicet quod olim Archi-
 episcopus *Remensis*, deinde Ravennatensis, &
 tandem Romanus esset. Ceterum fuit ex Ordi-
 dine S. P. N. Benedicli & Pontificum, natione
 Gallorum, primus.

Sæculum X. Vercellensem, Comitatum ejusdem nominis, & Comitatum S. Agathæ cum
A. C. 999. tota annexa potestate publica, donavit, omnibus, cujuscunque conditionis essent, prohibens, ne Episcopum in possessione hujus Juris turbaret, addita mille librarum auri pœna. Hujus Donationis Decretum septima Maji, anno nongentesimo nonagesimo nono, Indictione duodecima Romæ datum est, nec aliud prius in Historia occurrit exemplum, Jurisdictionem publicam & sæcularem cuidam Ecclesiæ adeo diserte fuisse collatam.

Quamquam Arnulphus Archiepiscopus Remensis Auctoritate Gregorii V. restitutus fuerit, habemus tamen epistolam Silvestri II. qua licentiam ei tribuit, ut munere Episcopali fungatur, gerat Pallium, Reges Franciæ & Episcopos Suffraganeos suos consecret & ungat, & omnibus privilegiis, quibus Prædecessores ipsius usi fuissent, gaudeat. Additur, ne quicumque vel Laicus vel Clericus ei crimen, ob quod depositus fuisset, exprobrare audeat. Forsan gratissimum fuit Arnulpho in Sede Remensi confirmari, ab eo ipso, qui æmulus fuerat, & Gerberto optatissimum, quod publice profiteri posset, condemnationem

nem Arnulphi non fuisse retractatam Sæculum X.
A. C. 999.
tanquam injustam, sed tanquam Papæ
consensu & auctoritate destitutam, pro-
ut in hac epistola clare affirmat, & sic
tandem maculam usurpatæ Sedis Re-
mensis elueret.

§. LX.

S. Adelheidis extrema.

Eodem anno, quo Gregorius Papa e Chron. Sa-
xon. an. 999.
vis abiit, Ottoni III. Imperatori tanta
jactura afflicto, alias quoque duas per-
sonas ipsi carissimas mors eripuit, nem-
pe agnatam suam Mathildem, Otto-
nis II. sororem, Abbatissam Quedlin-
burgensem, cui, absente Imperatore ne-
pote suo, pars maxima regiminis in Ger-
maniæ Imperio incubuerat, tum etiam
Adelheidem Imperatricem, utriusque
aviam.

Adelheidis, mortuo filio suo unico vit. Bibl.
Clun. p. 356.
Ottone II. Imperatore, multas injurias
tulit illatas sibi a nuru sua Theophania
Græcæ nationis femina & furiosa. Sed
hæc Adelheide prior e vivis migravit.
Adelheidis vero pietatem testatam fa-
ciunt plurima fundata monasteria; nam
in omnibus regnis, quæ cum tribus Im-
peratoribus Marito, filio, & nepote pos-
sedit, plurima ædificavit monasteria. In
Saxo-

Sæculum X.
A. C. 999.

Saxonia Monasteria Virginum, pium consilium suggerente Mathilde Abbatisfa, filia ipsius unica, magnis redivibus auxit. Annis autem ante obitum suum ferme duodecim, civitatem & monasterium Salsense, seu *Schlen*, in Diocesi Argentoratensi fundavit, eique Abbatem Eccemagnum, virum, quem ægre a latere suo avelli patiebatur, nempe suum in Sacris literis præceptorem, præfecit. Permultæ aliæ tam Canonicorum quam Monachorum Congregationem S. Adelheidis munificentiam expertæ sunt; cumque piissima Imperatrix, more aliarum Reginarum, corporis sui cultum auro & gemmis nitere nollet, ea vel ad ornandas Cruces & libros Evangeliorum, vel in subsidium pauperum impendebat.

Extremo vitæ suæ anno in Regnum Burgundiæ profecta, ut inter Vasallos Rudolphi Regis, nepotis sui, pacem re-
Sup. §. 54. duceret, cum ad S. Mauritium in Vallesia moraretur, comperit, Franconem Episcopum Wormatiensem Romæ e vita cessisse, quem, virum pietatem insignem, Imperatori, nepoti suo (eum enim comitatus fuerat) ereptum vehementer doluit. Inde Genevam, tum Lausannam & tandem Orcam progressa, mune-
ra

ra misit ad permultas Ecclesias, ad S. Be- Sæculum X.
 nedictum ad Ligerim, Cluniacum, ad A. C. 999.
 S. Martinum Turonensem, quo Ecclesia
 nuper incendio vastata reparari posset.
 Rogavit precibus adjuvari Odilonis Ab-
 batis Cluniacensis, cujus vestimento
 osculum impressit, dicens, quod vul-
 tum ejus non amplius esset visura. Tum
 Salsam * reversa, febre correpta est, & * Forte Sele-
 beatam animam efflavit, extrema un- stadium.
 ctione atque Viatico munita, decima
 sexta Decembris anno 999. quinquagin-
 ta octo annos nata. Sepulta est in eo-
 dem loco, vitamque ejus Odilo Abbas
 scripsit, addito libro separato, in quo mi-
 racula per ejus intercessionem patrata
 referebantur.

§. LXI.

Archiepiscopus Gnesnensis.

Hoc quoque tristi nuncio afflictus est Ditm. lib. 4.
 Imperator in Italia commorans; p. 43.
 cumque in reditu ad eum delatum fuisset, Fragm. Sæc.
 quam crebris miraculis Sepulchrum 5. Alt. Ben.
 S. Adalberti Pragensis fulgeret, illo se con- p. 871.
 ferre statuit. S. hic Martyr terræ man-
 datus fuerat Gnesnæ, tunc Metropoli Po-
 loniæ; quippe Dux Boleslaus ejus Reli-
 quias data pecunia redemerat. Impe-
 ratori adventanti Boleslaus obviam pro-
 cedens Principem summi honoris signis
 exce-

Sæculum X. excepit. Imperator vero, ubi urbem
A. C. 999. Gnesnam procul conspexit, pedibus cal-
 ceamenta detraxit, & ab occurrente Epi-
 scopo Ungaro in Ecclesiam deductus, ef-
 fusis lacrymis S. Martyris Intercessionem
 imploravit. Ceterum S. Adalberti ho-
 nori dedit, ut Gnesnam in Archiepisco-
 patum evehi vellet, cum prius ne qui-
 dem Sedes Episcopalis ibi fuisset, sed
 Dicecesi Posnaniensi subjiceretur.

Imperator in illa Sede primum Ar-
 chiepiscopum constituit Gaudentium S.
 Adalberti fratrem, eique Suffraganeos
 tres, videlicet Episcopos Colbergen-
 * Sals-Col- sem *, Cracoviensem & Wratislaviem-
 berch. sem, seu Breslaviensem in Silesia, subje-
 cit; quia vero Ungarus Episcopus Pos-
 naniensis huic institutioni repugnabat,
 eum sub Jurisdictione Archiepiscopi
 Magdeburgensis, cujus erat Suffraga-
 neus, reliquit. Hæc a Scriptoribus co-
 ævis tanquam contra Regulas Ecclesia-
 sticas facta, quod nempe Episcopus Dice-
 cesanus & Metropolitanus adversarentur,
 adnotantur.

Act. Ben. Quod ad Episcopatum Pragensem
p. 870. spectat, jam anno nongentesimo nona-
 gesimo septimo, statim post Sancti
 Adalberti obitum, Boleslaus Dux Bo-
 hemiæ, missis ad Imperatorem nunciis
 roga-

rogavit, ut Ecclesiæ suo Pastore orbatae Sæculum X.
 Episcopum daret, ne in tenebras infide- A.C.1000.
 litatis, e quibus vix emerferat, relabe-
 retur, adjiciens, neminem in Bohemia
 existere tanto muneri parem. Impera-
 tori & Proceribus omnibus visum, nul-
 lum huic Officio magis idoneum esse
 Thietdago, uno ex regiis Capellanis,
 qui, licet esset natione Saxo, linguæ
 tamen Sclavonicæ erat peritissimus. Er-
 go eum Imperator ad Archiepiscopum
 Moguntinum mittit cum imperio, ut
 Episcopum Pragensem consecraret. Ipse
 septima Julii anno 998. ordinatus, a po-
 pulo suo magnam lætitiã profitente
 excipitur, atque in angulo Altaris S. Vi-
 to Cathedralis Ecclesiæ Patrono Sacri
 in Solium Episcopale evehitur.

Ex Polonia redux Otto Imperator
 Magdeburgum se contulit, ubi Domini Chron. Sax.
 cam Palmarum anno Domini nostri mil- 1000. Ditm.
 lesimo celebravit. Altera die lunæ con- lib. 4. p. 43.
 vocato Episcoporum Concilio Gislerium
 vehementer hortatus est, ut Mersebur-
 go, priore Sede sua, contentus, Archi-
 episcopatu Magdeburgensi renunciaret.
 Hic Præsul, cum Argumenta defice-
 rent, auro causam defendit, obtinuit-
 que, ut negotium usque ad Conventum
 ampliorem, Quedlinburgi in Festis Pa-
 schali-

Sæculum X. schalibus celebrandum differretur. Cum
A. C. 1000. vero illo tempore morbo impediretur,
 misit unum Clericorum suorum, nomine
 Rotmannum, & Waltardum Ecclesiæ
 Magdeburgensis Præpositum, qui ipsum
 excusarent; unde causa iterum ad tem-
 pus Concilii, Aquisgrani indicti, in quo
 ipse Imperator interfuturus erat, dilata.
 Tunc quidem advenit Gislerius cum
 Clientibus suis, adfuitque Papæ Lega-
 tus, Ecclesiæ Romanæ Archidiaconus,
 qui bis terve institit, ut causam judicari
 pateretur. Sed factum ad res solerter
 gerendas viri ingenium in hoc quoque
 Concilio effecit, ut omnes existimarent,
 rem istam in Concilio Generali Romæ
 congregando, cui interfuturus Impera-
 tor ad iter suscipiendum se comparabat,
 discutiendam esse.

Ottonem Aquisgrani commorantem
 cupido subiit aperiendi Sepulchrum Ca-
 roli Magni; unde Cruce aurea, e collo
 ejus pendente, & vestimentorum, quæ
 integra reperta sunt, parte sublata, ce-
 tera in priore loco reverenter
 deposuit.

FINIS TOMI XIII.



INDEX